



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>









I M A G O B. V. M. D E P O P V L O.



I T A L I A.

I.

I M A G O B. V. M I R A C V L O S A  
D E P O P V L O  
R Ó M A E.

**A**B ET Roma portam, par-  
quam Christi Fidem à Petro  
importatam, in universum  
extulit Septentrionem. Hæc olim  
Flaminia, hodie porta Populi appel-  
latur. Vnde novum hoc nomen  
huic portæ advenerit, nunc aggre-  
dior dicere.

Christiani sanguinis helluo, &  
mundi probrum Nero, quem pruden-  
ti errore non pauci crediderunt esse  
Antichristum, citius quam mali de-  
mones, tardius quam homines boni  
vellent, scelestam animam evotuit.  
Ossa, quæ terram gravem mereban-  
tur, sive sepulta, sive abjecta, dudum  
suh

sub terra jacuere, per dictam portam  
egressuris ad dexteram. Crevit in lo-  
co nux alta, & oppidò annosa, nam  
seculorum plurium etatem tulit.  
Hæc nux domus aurea Neronis erat,  
hac se jactabat in aula. Certè custo-  
des corporis, ut feroceſ fuerint, fuere  
tamen fideles, demones; atque, ut ti-  
meri ab hominibus possent, corvo-  
rum induere corpora, colorem, vo-  
cem. Nempe hunc Imperatorem ha-  
squilæ decebant. Dici non potest,  
quo numero, quâ feritate arborem in-  
federint, non sine viatorum quando-  
que periculo. Pigmæorum exercitus  
pugnare cum avibus doctus ut adfuſ-  
set, triumphum tamen ab his non tu-  
lisset, quando nec magni & multarū  
palmarum venatores prædam facere  
vel unum poterant. Retia fugiebant,  
venena vitabant, sagittas declinabāt,  
sagaces in rem suam bestiæ, donec  
tadē Virgo Deipara populi Romani  
iniquam

iniquam sortem miserata, Paschali II Pontifici apparens, tantæ nequitiae technam aperiret. Corvos, qui vide-  
rentur, esse dæmones, qui ossa Neronis  
ibidem sepulta custodirent, cui nux es-  
set pro pyramide, & titulo. Exscinde-  
ret proinde nucem, erueret ossa, & in  
Tiberim abijceret, abituros quoque  
tanti thesauri custodes, denique nucis  
loco sibi designaret, strueretque tem-  
plum. Hæc, soli tunc Pontifici nota-  
intererat scire Senatum Populūmque  
Romanum; ea propter mox postero  
die indictâ Pontificali processione,  
duce Pontifice, populus cum Clero ad  
nucem ducitur, ac de omnibus accu-  
ratè à Paschali edocetur: qui ipse  
arrepta securi, primos ictus nuci pri-  
mus intulit, secuti deinde alij atque  
alij, quibus fatigatis, successere recen-  
tes, dum demum annosa procumbit  
humi nux. Ita cum aquilis depugna-  
tur est. Tandem inter corvorum cir-

cum volantium crocitus, etiam radicibus arboris radicitus evulsis, ad Imperatorem, & eius ossa ventum est in tumulo jacentia, nullis gemmis, nullo auro nobili. Vix repertus est, qui tantum cacodæmonis sacrarium tangere auderet. Merebantur ignem ossa in utroque tam divini, quam humani juris foro; sed ne pestis inficeret Romanam, néve per fumum Nero rediret in urbem, mitigata poenâ in Tiberim abjecta sunt, unde in mare veherentur, curiosè observante, ac comitante corvorum, tanto Imperatore dignâ coronâ.

Quod B. Virgo à Paschali Pontifice petierat, S.P.Q.R. ratum habuit, ius sítque sedem habere cæli Imperatricem, ubi tamdiu jacuisset Imperator: hoc est dominari in medio inimicorum suorum. Ipso Octavæ Paschatis die summi & Pontificij altaris (quod ducis excisa loco stat) primum lapi-

dem

dem posuit Paschalis, populus necef-  
farios in fabricam sumptus compor-  
tavit, jussitque nomen posthac à Po-  
pulo habere, & inā cum tēplo etiam  
vrbis portam, cuius dexteram partem  
occupat. Itaque ab illo Octavæ Pa-  
schatis die, quo Paschalis Papa pri-  
mum altaris prīmi lapidem posuit,  
S. MARIA de Populo dictum est tem-  
plum, de quo loquimur, quodque ho-  
diedum spectatur. Quæ tunc Imago  
Vtrginis posita sit, non habeo dicere:  
quæ nunc ibi est, miraculorum copiā  
celebris, S. Lucæ opus creditur, sœcu-  
lis præteritis in celeberrimo Pontifi-  
cum sacrario, quod ad Scalas sanctas  
visitur, conservata; dum anno 1231.  
Gregorio IX. anniente, huic templo  
dono cessit. Námque cùm pestis vr-  
bem affligeret, exempta à Pontifice  
Imago solenni pompā ad templum  
hoc deportata est; quæ simul ac in al-  
tari constitit, animadversum est, pe-

6 IMAGO B. V. M.

stem, quæ durante processione multum  
remiserat, omnino cessasse. Vnde  
Pontifici visum est, Imaginem sine  
populi Romani damnō auferri non  
posse; quapropter donatione factā  
templo eam reliquit, ne S. P. Q. R.  
detrimentum caperet. Octavius  
Pancirola in sua Ro-  
ma.



III. MA-





## II.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
SANCTI ALEXII  
ROMÆ.

**N**ESCIO quid Edessanæ vrbi sit,  
cum miraculosis Imaginibus;  
nisi quod civium magna fiducia, Chri-  
sti, Matrisque signa, sive ærea, sive  
ligneæ, ad miracula patranda cogat.  
Fæminam tactu fimbriæ à fluxu san-  
guinis sanatam fuisse, ex Evangelista  
habemus. Eandem fuisse Edessanam  
civem, statuamque æream Christo  
Deo posuisse suo ære, idonei nos do-  
cent, & perantiqui Scriptores. Hujus  
Statuæ fimbriam, ubi flores è terra  
subnati attigere, creditum est, non  
vana fide, aptos fuisse sistendo san-  
guini. Subscriptis piorum fidei expe-  
rientia. Hinc velut ad miraculosam  
Statuam concursus. Invidit honores  
Christo Julianus, abjectaque Christi

Statuā suam posuit: sed fulmen è celo  
uiuissum disiectam Juliani statuam  
confregit. Altera quoque Christi non  
manu facta Imago, Abagaro Regi mis-  
sa Edessanā in urbe pluribus saeculis  
cultum suum accepit.

Ea, de quā nunc loquor, Imago  
Deiparæ, etiam in verba prorupit,  
loqui docta. Stetit ea diu in templo  
urbis illius sibi dedicato; nec tamen,  
preter consuetos, quos imaginibus  
exhibemus, honores, eximium ali-  
quem cultum accepit; dum sibi ipsa  
in aliorum laudes effusa majorem  
conciliaret.

Rem dico, urbi & orbi notam. Te  
appello Romanorum nobilissime  
Alexi. Cùm subit illius tristissima  
noctis Imago, quā, ut vocantem se-  
quereris Deum, & patrem, & matrem  
cum tribus servorum millibus, & cum  
opulenta domo juvenem sponsam de-  
seruisti, iturus, quod te in tenebris du-  
ceret

ceret ille, quem, qui sequitur, in tenebris non ambulat. Quiditer memorem Edessam usque, quid mutata veste mentitam peregrini personam, quam pedes non bene in tam longo itinere sustinerent, vultus manusque, & totius corporis nobilis habitus non bene simularet. At verò, ubi Edessam ventum est, inventum quoq; est, quod quarebatur, Deiparæ templum, cuius Imago cultorem suum' ab ipsa usque Roma acciverat. Quis Alexij virtutem soli cælo notam describat ! quem unquam Deipara fideliores habuerit famulum ? ut qui diurnus esset in templo habitator, & in impluvio foris ante propilæum nocturnus excubitor. Cælesti rore die toto à Virgine pastus, non difficulter guttas noctium excepit in atrio. Est aliquid, tèrque quatérque hoc egisse. At verò, quod Alexius fecit, passusque est, sine exemplo fecit, passusque est, & quod

A 5 sciam,

sciam, sine imitatore. Septendecima, omnino cum suis existibus hyemes sudavit, & alsit. Namque credi poterat operi impossuisse coronidem & finem dedisse laboribus, quos cæli præmia propediem expectarent; cum ecce, vix benè coepisse Alexius celo visus est, ut, qui dimidium facti non ultrà haberet, quemque alij septendecim anni manerent. Romam, ab hoste, an à se ipso revocatus sit, incertum est, tantum urbis desiderium tenebat Alexium. Omnem itaque relegere viam certus, scipso, sive debilior, sive fortior, videre patrem, & cum matre sponsam audet: tam deproperati abitus, aut, si malis, fugæ causa, flagitium non fuit, sed virtus. Imago namque, de qua jam nobis sermo est, sic templi custodem è Clericis unum allocuta est. Introducito huc virum illum Dei, qui dignus est regno cælorum, nam oratio eius sicut incensum ascendi in confite-

coaspectu Dei , & Spiritus sanctus super eum requiescit. Alexius jam vivus inter Sanctos relatus , atque à populo habitus , fastidivit nondum maturos honores, fugit, Romamque varijs casibus de latus, alios septendecim annos in domo paterna ignotus vixit. Vedit patrem, matrem, sponsam, ipsis, quos viderat, invisus, servis etiam molestus, quorum tamen injurijs petitus, nullas regessit. Ita ei paterna domus pro schola virtutis fuit, in qua virtutem alios non vulgariter doceret, qui ipsis, quid virtus esset, ignorabant, quique nec ipsam coram virtutem agnoscebant. Jamque triginta quatuor annos in terra ad Filij Dei exemplum peregrinatus, ipso Parasceves die in domo paterna defunctus, eadem, quâ septendecim ante annos voce de cælo delapsa, Sanctus pronunciatus est, & quærī in domo Euphemiani jussus. Domum Euphemiani in templum divo Alexio

12      IMAGO B. V. M.

jam olim verterunt Majores: Imago  
Deiparae tam præclarè de Alexio me-  
rita opera Pontificum non difficulter  
se passa est Romam avehi, ubi hodié-  
que clara miraculis quiescit in domo  
famuli sui, qui olim Edeßæ in templi  
sui vestibulo tot annis quieverat.

Octavius Pancirola in-  
sua Roma.



III. IMA-





anwafz

## III.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
AB ARBORE.  
RAVENNAE.

**N**escit homo, quâ divinâ impulsione nonnunquam agatur. Est Deus in nobis: & plerumque volentes id ignoramus. Nempe more nostro è principijs mensuram finis accipimus, nec magna fieri posse è parvis credimus, quantumvis è nihilo mundum emersisse credamus.

Cæsar Morandus, civis Ravennas, hoc solo posteris laudandus, suum nomen commendat, quod otij sectatores socios, temporis optimi prodigos, oderit, ipse sibi fallendo tempori negotium fecerit non otiosum. Placuit pictura: & quia habuit, unde censu suo viveret, picturam amavit, non parum ab ijs diversus, qui non picturam, sed picturæ pretium sectantur, quibus lucrum est præ arte. Itaque

arrepto plumbo & pedes, & crura  
 formare sine magistro institit: tum  
 quoque manus & brachia: denique  
 etiam designare ausus est vultus, qui  
 nemini, nisi artifici ipsi placere pos-  
 sent. Aderant operi non raro praesen-  
 tes socij, qui una cum opere etiam  
 magistrum non indocte quandoque  
 carperent. Risum tenere amicos fre-  
 quenter jussit: sed qui possis I quando  
 distinguere ne quis pedem, an bra-  
 chium, equum, an asinum formave-  
 rit pictor? Ille autem patiens ludi-  
 briorum sic inter sarcasmos profecit  
 se magistro discipulus, ut abjecto  
 plumbo colores cogitaret, & penicil-  
 lum: quin auderet agrum suum quin-  
 gentis ab urbe passibus arte suâ or-  
 nare, &c, si sors ferret, etiam defendere.  
 Itaque tabulam corripit ligneam, &c,  
 quâ potest arte, primum opus inchoat,  
 penicillo & coloribus finiendum.  
 Virgo fuit Deipara cum suo JESVLO.

Hæc

Hæc destinabatur arbori, quam velut  
agri terminum posuere Majores. Hæc  
transcuntibus pietatem, agro fertili-  
tatem instillare posthac debebat, pri-  
mum hoc artificis opus: quin etiam  
grādines inhibere, divertere fulmina,  
& quid non? siquidem artifici merce-  
dem operis poscenti satisfactum Vir-  
go vellet.

Risum est à socijs non raro, cùm  
operi instantem, & talia narrantem  
audirent: quin, inquit, eorum unus,  
cui plus ceteris de rhinocerote inerat,  
etiam paulò pòst urbem implebit mi-  
raculis pictura tua, & cives trahet ad  
arborem, de qua loqueris. Meretur  
hoc artificis docta manus, & opus, cui  
invidere possit Apelles. Caiphas iste  
(quo enim alio cum nomine appel-  
lem, non habeo) licet Pontifex anni  
illius non esset, fuit tamen anni illius  
propheta. Nam simul ac Morandus  
finitam, qua potuit arte, tabulam ar-  
bori

bori appendit, transuentium pietas  
Virgini honores exhibuit, Virgo pro-  
acceptis honoribus miraculosa bene-  
ficia. Hi iterum, ne ingratii essent, vo-  
ta, tabellas, candelas, lampades etiam  
miraculorum testes appendere. Ita,  
certatum Virginem inter ac Raven-  
nates est: Ravennatum certè pietas  
tanta fuit, & jam hoc sèculo, ut nec  
flumina eam potuerint vel obruere,  
vel extinguerent. Annus id docuit mil-  
lesimus sexcentelius trigesimus sex-  
tus, quo, si sine arboris huius, hac ap-  
pendice, tabulâ fuisset Ravenna, ho-  
dic sine Ravenna esset Italia. Conju-  
râsse Neptunus in Ravennam crede-  
batur, ita fluvios vicinos auxit, & ig-  
moti nominis torrentes aggessit, fu-  
perinfusurus vrbi, quidquid aquarum  
vicinia tota haberet, ut aqua posthac  
ibi esset, ubi tot sàculis antiqua ste-  
tuisset Ravenna. Sclu hac vlmus obsti-  
tit, ipsa jam propter hederam suam.

(Ima-

(Imaginem dico Deiparæ) felix & supra naturam potens: quin & ramis quoque extimis virtus non minor; sicut enim puellæ, quæ decerptos ab arbore surculos in crucem formârunt, & reddituris aquis opposuerunt. Crederes surculos istos Neptuni tridente robustiores, & velut columnas Herculeas, quas ultra progreedi profanum esset, cum aquis ipsi Neptuno. Certè quantumvis furiosas, & exleges aquas, ultra surculos illos non esse progressas, magno bono suo testantur Ravennates, & in hodiernum diem Virginis Deiparæ ad hanc Imaginem se gratos exhibent.

*Hanc narrationem è per antiquo M. S.  
extractam ad me misit R. P. Ale-  
xander Boselli Provincia-  
lis Veneta Provin-  
ciae.*

1690-1690

IV. IMA-

ATLAS  
MARIANVS  
SIUE  
DE IMAGINIBVS  
DEIPARAE  
PER  
CREMCHRISTIANVM  
MIRACVLOSIS  
AVCTORE  
Guilielmo Gumppenberg  
è Societate IESU  
LIBER



W. Kil. f.







GAVG

IMAGO B.V.M. DE POPVLO. 3



ITALIA.

I.

IMAGO B.V. MIRACVLOSA  
DE POPVLO  
RÓMÆ.

**A**BET Roma portam, par-  
quam Christi Fidem à Petro  
importatam, in universum  
extulit Septentrionem. Hæc olim  
Flaminia, hodie porta Populi appel-  
latur. Vnde novum hoc nomen  
huic portæ advenerit, nunc aggre-  
dior dicere.

Christiani sanguinis helluo, &  
mundi probrum Nero, quem pruden-  
ti errore non pauci crediderunt esse  
Antichristum, citius quam mali dé-  
mones, tardius quam homines boni  
vellent, scelestam animam evotuit.  
Offa, quæ terram gravem mereban-  
tur, sive sepulta, sive abjecta, dudum  
suh

sub terra jacuere, per dictam portam egressuris ad dexteram. Crevit in loco nux alta, & oppidò annosa, nam seculorum plurium ætatem tulit. Hæc nux domus aurea Neronis erat, hac se jactabat in aula. Certè custodes corporis, ut feroces fuerint, fuere tamen fideles, dæmones; atque, ut timeri ab hominibus possent, corvorum induere corpora, colorem, vocem. Nempe hunc Imperatorem haec aquilæ decebant. Dici non potest, quo numero, quâ feritate arborem infederint, non sine viatorum quandoque periculo. Pigmæorum exercitus pugnare cum avibus doctus ut adfuisset, triumphum tamen ab his non tulisset, quando nec magni & multarū palmarum venatores prædam facere vel unum poterant. Retia fugiebant, venena vitabant, sagittas declinabat, sagaces in rem suam bestiæ, donec tandem Virgo Deipara populi Romani iniquam

iniquam sortem miserata, Paschali II  
 Pontifici apparens, tantæ nequitiae  
 technam aperiret. Corvos, qui vide-  
 rentur, esse dæmones, qui ossa Neronis  
 abidem sepulta custodirent, cui nux es-  
 set pro pyramide, & titulo. Exscinde-  
 ret proinde nucem, erueret ossa, & in  
 Tiberim abijceret, abituros quoque  
 tanti thesauri custodes, denique nucis  
 loco sibi designaret, strueretque tem-  
 plum. Hæc, soli tunc Pontifici nota,  
 intererat scire Senatum Populumque  
 Romanum; ea propter mox postero  
 die indictâ Pontificali processione,  
 duce Pontifice, populus cum Clero ad  
 nucem dicitur, ac de omnibus accu-  
 ratè à Paschali edocetur: qui ipse  
 arrepta securi, primos iictus nuci pri-  
 mus intulit, secuti deinde alij atque  
 alij, quibus fatigatis, successere recen-  
 tes, dum demum annosa procumbit  
 humi nux. Ita cum aquilis depugna-  
 tam est. Tandem inter corvorum cir-

cum volantium crocitus, etiam radicibus arboris radicitus evulsis, ad Imperatorem, & eius ossa ventum est in tumulo jacentia, nullis gemmis, nullo auro nobili. Vix repertus est, qui tantum cacodæmonis sacrarium tangere auderet. Merebantur ignem ossa in utroque tam divini, quam humani juris foro; sed ne pestis inficeret Romanam, néve per fumum Nero rediret in urbem, mitigata poenâ in Tiberim abjecta sunt, unde in mare vherentur, curiosè observante, ac comitante corvorum, tanto Imperatore dignâ coronâ.

Quod B. Virgo à Paschali Pontifice petierat, S.P.Q.R. ratum habuit, jus sítque sedem habere cæli Imperatricem, ubi tamdiu jacuisset Imperator: hoc est dominari in medio inimicorum suorum. Ipso Octavæ Paschatis die summi & Pontificij altaris (quod crucis excisa loco stat) primum lapi dem

dem posuit Paschalis, populus necef-  
farios in fabricam sumptus compor-  
tavit, jussitque nomen posthac à Po-  
pulo habere, & inā cum téplo etiam  
vrbis portam, cuius dexteram partem  
occupat. Itaque ab illo Octavæ Pa-  
schatis die, quo Paschalis Papa pri-  
mum altaris prīmi lapidem posuit,  
S. MARIA de Populo dictum est tem-  
plum, de quo loquimur, quodque ho-  
diedum spectatur. Quæ tunc Imago  
Vtrginis positæ sit, non habeo dicere:  
quæ nunc ibi est, miraculorum copiâ  
celebris, S. Lucæ opus creditur, sæcu-  
lis præteritis in celeberrimo Pontifi-  
cum sacrario, quod ad Scalas sanctas  
visitur, conservata; dum anno 1231.  
Gregorio IX. anniente, huic templo  
dono cessit. Námque cùm pestis vr-  
bem affligeret, exempta à Pontifice  
Imago solenni pompâ ad templum  
hoc deportata est; quæ simul ac in al-  
tari constitit, animadversum est, pe-

stem, quæ durante processione multum  
remiserat, omnino cessasse. Vnde  
Pontifici visum est, Imaginem sine  
populi Romani damno auferri non  
posse; quapropter donatione factâ  
templo eam reliquit, ne S. P. Q. R.  
detimentum caperet. Octavius  
Pancirola in sua Ro-  
ma.



III. MA-





## II.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
SANCTI ALEXII  
ROMÆ.

**N**ESCIO quid Edessanæ vrbi sit cum miraculosis Imaginibus; nisi quod civium magna fiducia, Christi, Matrisque signa, sive ærea, sive lignea, ad miracula patranda cogat. Fæminam tactu fimbriæ à fluxu sanguinis sanatam fuisse, ex Evangelista habemus. Eandem fuisse Edessanam civem, statuamque æream Christo Deo posuisse suo ære, idonei nos docent, & perantiqui Scriptores. Hujus Statuæ fimbriam, ubi flores è terra subnati attigere, creditum est, non vana fide, aptos fuisse sistendo sanguini. Subscriptis piorum fidei experientia. Hinc velut ad miraculosam Statuam concursus. Invidit horores Christo Julianus, abjectaque Christi

Statuā suam posuit: sed fulmen è cælo missum disiectam Juliani statuam confregit. Altera quoque Christi non manu facta Imago, Abagaro Regi mis- sa Edessanā in vrbe pluribus sacerulis cultum suum accepit.

Ea, dę quā nunc loquor, Imago Deiparæ, etiam in verba prorupit, loqui docta. Stetit ea diu in templo vrbis illius sibi dedicato; nec tamen, præter consuetos, quos Imaginibus exhibemus, honores, eximium aliquem cultum accepit; dum sibi ipsa in aliorum laudes effusa majorem conciliaret.

Rem dico, vrbī & orbi notam. Te appello Romanorum nobilissime Alexi. Cūm subit illius tristissima noctis Imago, quā, ut vocantem sequereris DEVVM, & patrem, & matrem cum tribus servorum millibus, & cum opulenta domo juvenem sponsam deseruisti, iturus, quod te in tenebris duceret

ceret ille, quem, qui sequitur, in tenebris non ambulat. Quiditer memorem Edessam usque, quid mutata veste mentitam peregrini personam, quam pedes non bene in tam longo itinere sustinerent, vultus manusque, & totius corporis nobilis habitus non bene simularet. At verò, ubi Edessam ventum est, inventum quoq; est, quod quærebatur, Deiparæ templum, cuius Imago cultorem suum ab ipsa usque Roma acciverat. Quis Alexij virtutem soli cælo notam describat ! quem unquam Deipara fideliores habuerit famulum ? ut qui diurnus esset in templo habitator, & in impluvio foris ante propilæum nocturnus excubitor. Cælesti rore die toto à Virgine pastus, non difficulter guttas noctium exceptit in atrio. Est aliquid, tèrque quatérque hoc egisse. At verò, quod Alexius fecit, passusque est, sine exemplo fecit, passusque est, & quod

A 5 sciam,

sciam, sine imitatore. Septendecima omnino cum suis restatis hyemes sudavit, & alsit. Namque credi poterat operi imposuisse coronidem & finem dedisse laboribus, quos cæli præmia propediem expectarent; cum ecce, vix benè coepisse Alexius cælo visus est, ut, qui dimidium facti non ultrà haberet, quemque alij septendecim anni manerent. Romam, ab hoste, an à seipso revocatus sit, incertum est, tantum urbis desiderium tenebat Alexium. Omnem itaque relegere viam certus, seipso, sive debilior, sive fortior, videre patrem, & cum matre sponsam audet: tam deproperati abitus, aut, si malis, fugæ causa, flagitium non fuit, sed virtus. Imago namque, de qua jam nobis sermo est, sic templi custodem è Clericis unum allocuta est. Introducito huc virum illum Dñm, qui dignus est regno cælorum, nam oratio eius sicut incensum ascendit in conspe-

coaspectu Dei, & Spiritus sanctus super eum requiescit. Alexius jam vivus inter Sanctos relatus, atque à populo habitus, fastidivit nondum maturos honores, fugit, Romamque varijs casibus delatus, alios septendecim annos in domo paterna ignotus vixit. Vedit patrem, matrem, sponsam, ipsis, quos viderat, invisus, servis etiam molestus, quorum tamen injurijs petitus, nullas regessit. Ita ei paterna domus proschola virtutis fuit, in qua virtutem alios non vulgariter doceret, qui ipsi, quid virtus esset, ignorabant, quique nec ipsam coram virtutem agnoscebant. Jamque triginta quatuor annos in terra ad Filij Dei exemplum peregrinatus, ipso Parasceves die in domo paterna defunctus, eadem, quâ septendecim ante annos voce de cælo dela-psâ, Sanctus pronunciatus est, & quærî in domo Euphemiani jussus. Domum Euphemiani in templum divo Alexio

jam olim verterunt Majores: Imago  
 Deiparæ tam præclarè dæ Alexio me-  
 rita opera Pontificum non difficulter  
 se passa est Romam avehi, ubi hodié-  
 que clara miraculis quiescit in domo  
 famuli sui, qui olim Edessæ in templi  
 sui vestibulo tot annis quieverat.

Octavius Pancirola in-  
 sua Roma,







## III.

**IMAGO B.V. MIRACULOSA  
AB ARBORE.  
RAVENNAE.**

**N**escit homo, quâ divinâ impulsione nonnunquam agatur. Est Deus in nobis: & plerumque volentes id ignoramus. Nempe more nostro è principijs mensuram finis accipimus, nec magna fieri posse è parvis credimus, quantumvis è nihilo mundum emersisse credamus.

Cæsar Morandus, civis Ravennas, hoc solo posteris laudandus, suum nomen commendat, quod otij sectatores socios, temporis optimi prodigos, oderit, ipse sibi fallendo tempori negotium fecerit non otiosum. Placuit pictura: & quia habuit, unde censu suo viveret, picturam amavit, non parum ab ijs diversus, qui non picturam, sed picturæ pretium sectantur, quibus lucrum est præ arte. Itaque

arrepto plumbo & pedes, & crura  
 formare sine magistro institit: tum  
 quoque manus & brachia: denique  
 etiam designare ausus est vultus, qui  
 nemini, nisi artifici ipsi placere pos-  
 sent. Aderant operi non raro praesen-  
 tes socij, qui unâ cum opere etiam  
 magistrum non indoctè quandoque  
 carperent. Risum tenere amicos fre-  
 quenter jussit: sed qui possis l quando  
 distinguere nequis pedem, an bra-  
 chium, equum, an asinum formave-  
 rit pictor? Ille autem patiens ludi-  
 briorum sic inter sarcasmos profecit  
 se magistro discipulus, ut abjecto  
 plumbo colores cogitaret, & penicil-  
 lum: quin auderet agrum suum quin-  
 gentis ab urbe passibus arte suâ or-  
 nare, &c. si sors ferret, etiam defendere.  
 Itaque tabulam corripit ligneam, &c,  
 quâ potest arte, primum opus inchoat,  
 penicillo & coloribus finiendum.  
**Virgo fuit Deipara cum suo IesuLO.**

Hæc

Hac destinabatur arbori, quam velut  
agri terminum posuere Majores. Hac  
transcuntibus pietatem, agro fertili-  
tatem instillare posthac debebat, pri-  
mum hoc artificis opus: quin etiam  
gradires inhibere, divertere fulmina,  
& quid non? siquidem artifici merce-  
dem operis poscenti satisfactum Vir-  
go vellet.

Risum est à socijs non raro, cùm  
operi instantem, & talia narrantem  
audirent: quin, inquit, corum unus,  
cui plus ceteris de rhinocerote incrav-  
etiam paulò post urbem implebit mi-  
raculis pictura tua, & cives trahet ad  
arborem, de qua loqueris. Meretur  
hoc artificis docta manus, & opus, cui  
invidere possit Apelles. Caiphas iste  
(quo enim alio cum nomine appel-  
lem, non habeo) licet Pontifex anni  
illius non esset, fuit tamen anni illius  
propheta. Nam simul ac Morandus  
finitam, qua potuit arte, tabulam ar-  
borei

borei appendit, transeuntium pietas  
Virginis honores exhibuit, Virgo pro-  
acceptis honoribus miraculosa bene-  
ficia. Hi iterum, ne ingrati essent, vo-  
ta, tabellas, candelas, lampades etiam  
miraculorum testes appendere. Ita  
certatum Virginem inter ac Raven-  
nates est: Ravennatum certè pietas  
tanta fuit, & jam hoc sèculo, ut nec  
flumina eam potuerint vel obtruere,  
vel extinguere. Annus id docuit mil-  
lesimus sexcentesimus trigesimus sex-  
tus, quo, si sine arboris huius, hac ap-  
pendice, tabulâ fuisset Ravenna, ho-  
die sine Ravenna esset Italia. Conju-  
râsse Neptunus in Ravennam crede-  
batur, ita fluvios vicinos auxit, & ig-  
moti nominis torrentes aggessit, su-  
perinfusurus vrbi, quidquid aquarum  
vicinia tota haberet, ut aqua posthac  
ibi esset, ubi tot sacerulis antiqua ste-  
tiisset Ravenna. Sola haec vlmus obsti-  
tit, ipsa jam propter hederam suam

(Ima-

(Imaginem dico Deiparæ) felix & supra naturam potens: quin & ramis quoque extimis virtus non minor; sūcre enim puellæ, quæ decerptos ab arbore surculos in crucem formârunt, & reddituris aquis opposuerunt. Crederes surculos istos Neptuni tridente robustiores, & velut columnas Herculeas, quas ultra progredi profanum esset, cum aquis ipsi Neptuno. Certè quantumvis furiosas, & exleges aquas, ultra surculos illos non esse progressas, magno bono suo testantur Ravennates, & in hodiernum diem Virginis Deiparæ ad hanc Imaginem se gratos exhibent.

*Hanc narrationem è per antiquo M. S.  
extractam ad me misit R. P. Ale-  
xander Boselli Provincia-  
lis Veneta Provin-  
cie.*

• 0690 • 0690 •

IV. IMA-

## IV.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
NICOPOEIA  
VENETIIS.

**N**icopœiam, id est, victoriosam Virginis Deiparæ Imaginem, D. Lucæ opus, jam dudum in Palatij Constantinopolitani sacrario servârunt Imperatores Orientis, ne multum à corde suo abesset thesaurus. Nunquam illi sine hac in hostes ibant, certi semper in dubitatæ Victoriae. Eapropter *Adjutricem invictam, belli Sociam, Imaginem insuperabilis Com-militonis Dei* appellârunt. Affirmat Juris parens, Justinianus Imperator (a) nomine Nicopœiaz Imaginis invocato, indomitas Gothorum & Vandalarum vires à se domitas, flammamque, quam per Africam & Italiam accenderant, extinctam. Narses Eunuchus fascem palmarum suarum non alio viruisse rore, quam quem ab hac



G. A. W.



hac accepisset iconem. Justinus II. & Tiberius, ut Persarum immanes phalanges superarent, huius Imaginis cultum ipsi arti militari præhabuerunt. (6) Heraclium quoque contra Cosioem hanc Imaginem secum extulisse, vero simile est.

Joannes Szemisches cum Bulgaris pugnaturus fuis, hostiūmque viribus comparatis, lachrymas non temuit : sive enim arma, sive milites, sive dures, sive locum pugnæ spectaret, omnia cædationem suadebant, nihil pugnam ; sed nec fugam, quæ, invotis ut esset, non sine certo exercitus interitu posset inniri. Jamque dies non amplius una tantis malis moram injecerat, cum ille ad Imaginem, quam secum extulerat, conversus, se suosque *Invicta Adjutrici* commendat : lachrymis suorum contenta esset, nec posceret sanguinem ; vel sanguinem si velleret, plus ab hostibus haberi

habeti posse, quibus numero ipsi tanto essent inferiores.

Interea quoque ipsa in urbe Constantinopoli, è fæminis una, quam præter nobilitatem virtus quoque jam dudum commendaverat, quāmque publica Imperij pericula præ suis premebant, prostrata, & ipsa ad Deiparam emittebat suspiria in cælum usque perventura ; cum videre sibi visa est, ingentis speciei Matronam militi è primis uni hæc verba dicere : Theodore, Joannes noster periclitatur : vade, succurre. Narrata visio Constantinopolim non pàrùm mutavit, alijs in fæminarum somnia, Græca garrulitate invectivas parantibus; alijs, Stoicâ facultate, respicientibus ad fata, nec vulnus mutaturis, etiam si cum Anaxarchò in mortario minutim contunderentur; plerisque, tamen spem cælestium auxiliorum concipientibus.

Jlu-

Illuxit interea dies, qua de Orientis Imperio decerneretur: jámque incerto Marte pugnabatur, modò in hanc, modò illam in partem inclinante victoriā. Cùm ecce equestris ordinis unus, fulgentissimis armis decorus, solus, unicūsque in hostes proficit, & obvios quosque terrore illato, non grāvibus ictibus obtruncat. Ita viā sibi in ipsam aciem factā turbatis subito ordinibus stragi dat initium, quam è nostris fortissimi quique aetis animis prosequabantur. Jam campus sanguine Bulgaro pictus, vix locum fugae dabit ijs, quos cum suo rege Borilēo serviles catenæ & vincula expectabant. Ita paucis diebus debellatum est, creditumque Deiparam Imperatoris precibus dedisse, ut D. Theodorum mitteret in subsidium. Imperator victoriam, quam ipse non dedisset, sibi quoque non adscripsit, sed Virgini Nicopotia nūquām non  
Victici

Victrici. Huius Imaginem currui triumphali impositam quadrigâ candissimorum equorum ( hic præ cæteris color decebat ) vrbi invexit, ipse eques patronam secutus. ( c )

Alter Joannes Szemisce non inferior Comnenus, eandem secum Imaginem extulit, cum contra Scythes iret in Thraciam. Namque etiam interitus omnium oculis obversabatur, nemine uno victoriam augurante. Nostri, qui vix numerum faciebant, extra patriam, nullo secuturo auxilio, cecidere animis, & præ omnibus Imperator. Itaque Nicopœiam Imaginem vdis intuitus oculis, gemitu, quem forte vicina mors ciebat, animas suorum potius, quam corpora commendat.

Cum ecce *indus se virtute ex alto*  
sentit, & magnam crescente animo  
accipere animam: hoc idem sui om-  
nes experti, ferrum inclamat, &  
pugnam:

pugnam: ipsi interea Scythæ de-  
scentibus repente animis è leonibus  
facti lepores, jucundâ metamorphosi  
è campo sepulchrum sibi fecere, vbi  
fabricaturos se Capitolia minaban-  
tur, tantâ acceptâ clade, ut non illi  
modò, quos ferrum domuerat, sed nec  
ij, qui Majorum funera essent mé-  
moriâ repetituri unquam amplius O-  
rientis Imperium lacecerent. Nec in-  
scitè Comnenus victoriâ usus est, quam  
contra Scythes Virginis ope reporta-  
vit: etenim non hostium victoriâ con-  
tentus, amicum quoque Ioannem Sze-  
misen in honoranda Virgine vincere  
conatus est. Nimirum Bizantium  
redux Imaginem Nicopœianam sub  
urbis porta currì argéto, & Orientis  
spolijs onusto impositam, quatuor, vt  
ille, candidis equis ad palatij sui sa-  
crarium devexit; ipse non equo subli-  
mis, sed pedes Patronam præcedens.  
Idem Ioannis filius Emmanuel Com-  
nenus,

nenus, devictis Vngaris, fecit. Transiit exemplum ad posteros: qui ubi intellexere, Virginem pro simili honore vendere victorias, vix fuit, qui Virginis Nicopœiæ auxilio non vinceret, qui Virginem simili triumpho nondomum reduceret.

Fuit Orienti Diva Nicopœia pluribus sæculis; dum denique ad Occidentem respicere coacta est. Etenim, Virginis gratia pro servitio habebantur, deberique sibi tantos favores scelestissimus quisque credebat. Alexius. Ducas, quem Morzuflum etiam nominatum reperio, trucidato per summam tyrannidem Alexio Angelo Imperatore, solium non suum suis viribus conscendit, ignarus, quantumvis in alto esset, non se tamen in ea aëris regione possum, quam nulla tempestas feriret. Accepere ab Occidente, petita auxilia contra Tyrannum Græci: inter quæ non minima pars fuere

fuere ij, quos Dandolus Venetorum Princeps adduxerat. Ab his obsessus nocturnâ pugnâ referre victoriam infelici stratagemate statuit Alexius. Ita nempe, qui malè agit, odit lucem. Itaque Nicopœiâ Imagine, pro solito, jam sine reverentiâ, prolatâ hostes lassissit: sed non longo certamine superatus, relicto cum Nicopœia Imagine exercitu, cum paucis in urbem se recepit: quâ intra biduum captâ, ipse debitas commeritis poenas dedit. Divitiae Orientis in prædam cessere. Dandolus sibi Nicopœiam Imaginem, non multum repugnantibus ceteris, vendicavit, (d) quam ubi Venetias tulit, obviâm urbs tantæ Patronæ effusa mare implevit navigijs; &c. ne Orienti cederet, néve Virgo Orientem amplius respiceret, post milie triumphales lœtitias Ducali facello illata est, dum demam erecto magnifico altari, ut publico bene esset, in

D. Marpa

D. Marci templo est reposita: ubi hodiéque beneficijs in privatos portentosa, spem facit, publici quoque, cùm fors tulerit, non deserendi.

(a) *Evagrius lib. 4. Baron. t. 7.  
anno 737. & s. 77.* (b) *Baron. tom. 8.  
(c) Baron. t. 10. *Curopalata.* (d) *Ran-*  
*azimus lib. 3. fol. 129. Narrationem  
impressis Illusterrimus & Reverendissi-*  
*mous Abbas Carolus Querinus*  
*Venet. 1645.**



V. IMAG





## V.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
 S. JOANNIS DAMASCENI  
 VENETIIS.

**S**i te ponere metum jubeam, lector, nescio, an parere velis, vel etiam possis, quando hominem affero Christianum Saraceno pejorem, quia Leonem pelle sub Christianâ circumfert. Jam non amplius virtuti Christianorū exercende desideratus Nero, quāndiu vicariam præstat operam. Leo, & Leo Isauricus Orientis Imperator. Is, quia pietatem ab impietate, idololatriam à vero sacrarum cultu Imaginum distinguere noluit, bellum lignis & lapidibus indixit, quia & ho- minibus, qui lapides & ligna defen- dere sustinerent. Fuere non pauci, qui sanguinem profundere scallent, & vitam dare, quam Sanctorum pictas sculptas Effigies, quas summa in-

B 2 dustriâ

dustriâ abscondebant, quandoque etiam aliò amittebant, ne amitterentur. Atque ut ceteri alijs atque alijs modis Cælitum thesauros tutarentur, unus inter omnes fuit, qui omnibus palmam prætriperet, Joannes: quem ideo Damascenum dicimus, quia Damascena in vrbe Saraceno Principi consilijs fuit, & inter paucos charus, licet Christianus. Ita virtus etiam in hoste amatur, præsertim Christiano. Hic Orthodoxos ad abscondendas Imagines animavit, Imagines ipsas defendit: & si quis alias Leo aem non raro in rabiem egit; non gravi machæra, sed levi penna, scriptis ad Orthodoxos, sparsisque litteris; quin etiam libris rem totam sic confecit, ut ferociibus ausis netno ullus obstat, præter unicum Joannem, idque non semel conquereretur Imperator. Poterat intellectâ veritate Leo resistere; sed, qui heterodoxæ genius est;

est hydræ, renascuntur non alia, sed eadem ei capita. Sed & eadem ingerebat frequenter Joannes, modum pugnandi doctus, quem hæresis poscit, missis identidem ad amicos novis sive litteris, sive libellis, qui per Constantinopolim sparsi Leonem morderent. Devenere (ut aula curiosa est) eorum non pauci in Palatium, atque in ipsas etiam Leonis manus. Is discruptis leonino ritu chartis, ipsum cum chartis discerpere scriptorem maluisset, verè Leo, quando nihil amplius humanum erat, quod furor non abstulisset; jámque ignibus ipse cum libris auctor destinabatur; sed quis eum susteret, quem nemo proderet, plerique ignorarent: brevi tamen (ut aula sagax est) compertum est, Joannem esse, Saraceno Principi in vrbe Damasco à consilijs, & in paucis charum. In rabiem itaq; actus Leo, multa dixit, quæ non posset ipse furens apud Senecam Hercules.

B 3 Rotas,

Rotas, catastas, Nabuchodonosoris  
fornaces parabat animo. Hunc ego!  
sed motos præstat componere fluctus,  
inquit, quando vanæ sine viribus iræ  
sunt. Joannes favore hostis potens,  
patroni gratiam etiam cùmulabit; si  
me apertum habeat inimicum: vul-  
neri locus non patet, nisi quem dolus  
designat. Fraudibus itaque agendum  
est, & cum vulpe hac vulpinari etiam  
Leoni nō erit indecorum si victoriam  
velit: dolus, an virtus, quis in hosce  
requirat? Compositam itaque Episto-  
lam quasi à Joanne scriptam, scribæ  
tradit, quidque fieri velit, paucis do-  
cet. Quod compositoris nomen fuerit,  
ipsa astutia posteros scire vetuit, quæ  
pro astuto illum non habet, qui astu-  
tus videri vult, & dicier, hic est. Sino-  
nem redivivum dicerem, quia tam  
docto mendacio Troiam hanc accen-  
dit, nisi, quod Sinon nescivit, ipsum  
mentiri calatum docuisse, tantus  
magi-

magister. Litteras (ni fallor) ipse Leo composuit, quas credi volebat à Saraceno Principe, Joannem ad se scripsisse: patere Christianis Damascum, veniret modò Imperator, videret, & vinceret, se secretis Saraceni præfectum sic consilia temperaturum, ut Christianorum in manus, cum Damasco ipse sine sanguine Princeps veniret. Hunc Imperatoris laborem scribæ industria finire debuit, jämque aderat sigillum, ei, quod Joannis fuit, simile, ipsa charta Damasci confecta fraudem auxit, neque aliud desideratum, quam ut scriba pennam quoque temperaret, quam Joannis manum metiretur, quod magnâ arte, & nequitâ majore effetum dedit. Interea Imperator alias exarat ad Saracenum: sciat se Christianum dolos odisse, cum hostibus aperto in campo congregati, pactis inducijs, etsi posset, nolle tamen finem facere ante tempus. Videret ipse, quas

in aulā viperas aleret. Fidem suam,,  
 quantūvis hostis esset, pr̄chaberi posse  
 fidei amicorum, fidem verbis Impera-  
 torijs, si negaret, haberet litteris, quas  
 scripsisset amicus ad hostem, Ioannes  
 ad Leonem. Has unā cum illis per ve-  
 redarium Saraceno mittit, nō dubius  
 ē Principe fieri posse carnificem, tam  
 Punicā fraude, quam Græca fides co-  
 xisset. Lectæ à Saraceno Imperatoris  
 litteræ tantum non abjectæ sunt, con-  
 scio nimirum, quis aularum stylus es-  
 set. Probata Joannis fides, & solida,  
 quia antiqua, hunc à Leone ictum fa-  
 cilè sustinuit, nec quati potuit apud  
 Principem, qui scivit, veritatem aulae  
 verbis vestiri vel nolle, vel non posse.  
 Vel ipsum Leonem fraudis paenitere  
 debuisset, si legentis vultum esset in-  
 tuitus. At, ubi inclusas quoque  
 aperuit, ubi chartam inspēxit, ubi si-  
 gillum contemplatus est, ubi litteras  
 & subscriptum litteris Joannis nomen  
 + per

per singulos propè characteres nō perfunctoriè in examē vocavit; hīc enim verò proditionem tanti sceleris probavit, quātumvis proditorem Leonem odisset. Facti certitudo moras tribunalis non poscebat, gravitas sententiam postulabat perduellibus debitam, quam etiam pleriq; è Saracenis à Principe exigebāt. Impunè, inquit, contemneris, si tantum subdito permittis in Principem. Habebit licentia imitatores, quæ, si in plures abeatur, compesci amplius non poterit, quia viribus aucta frœnum excutiet. Quis Principi serviat, apud quem eò deventum est, ut Tros Tyriūsque illi nullo discrimine agatur; ubi inter fideles consiliarios etiam suus preditoribus locus est. Plura dicturos ipse Saraceni per se præceps furor interrupt, Joannem oxyūs vocatum, ipse momento temporis penè uno accusat, judicat, damnat non auditum. Dicitur paulò

¶ § ante

antè primus in aula à lictore in forum publicum: legitur prodigionis factum, & inter Christianorum lachrimas, sive fraudem, sive hominem dolentium, Joannes manum dexteram tanti flagitij artificem jussus porrigit, quam confestim lictor securi abstulit, totiq; foro spectandam ex alto suspendit. Hoc habet: litatum Leoni est, quando è veredario reduce fraudis suæ felicem eventum intellexit. De triumphato cum Imaginibus Joanne nil superest, quām ut omnes quoq; boni dispercent, quādo nemo amplius est, qui oves contra Leonem defendat. Interea Joannes vix sanguinem stitit, vix inter manus amicorum unimanus domum tractus potius, quām ductus, dolere tamen non desit. Fuere, qui ferrum suaderent candens, qui emplastra; sed non persuaserunt omnia alia cogitanti. Unus inter amicos fuit, qui leniendi doloris unicum ajebat fore remedium,

medium, si abscissa dextra domū portaretur, ac ægro utcunque admoveatur, dum vitales, inquit, spitus tantæ disiunctioni sustinendæ vel assuescerent, vel pares fierent. Visa hæc ignorantibus Magia est, & pactum cum damnatione non obscurum, aut certè superstitione non carere. Non omnes Natura dignos suis secretis judicat. Inter hos primi sunt, qui nihil esse volunt, nisi quod ipsis visum est: quibus Natura rotæ plus creditur non posse facere, quam ipsi possint capere. Cætera, ajunt, dæmonis opera sunt, illudendis hominibus aptiora, quam erudiendis. Quamvis Joannes hoc secretum naturæ non nesciret, memor tamen crucifixæ pro se dexteræ dolori pares sibi spiritus non difficulter fecit, sed dolorem auxit in scriptiōnem pruriens abscissa manus. Mittitur itaque ex amicis quispiam ad Principem minus jam furiosè fævientem, qui leniendi dolores

ris remedium posceret, manum totum  
jam die in foro pendulam, sub vespe-  
ram jam spectatoribus destutui, mor-  
tem, quam ipse reo non inflixisset, ar-  
ceri vix posse, nisi à propinqua manu;  
tantum sanguinis ejectum, ut vel ipsa  
crederetur secutura anima. Nihil pec-  
caturam posthac dexteram, quæ di-  
cédo calamo inhabilis pruritum scri-  
bendi perdidisset. Nec Principem re-  
perit difficultem: iret sancte Joannes, col-  
leret, quod suum esset, alijs quoq; sua  
relinqueret, sibi Damascum. Meminis-  
set præterea unimanus, longas regi-  
bus esse manus, & damno suo pruden-  
tior factus, disceret, sinistrâ littetas  
scribere dexteriores, quam dextrâ scri-  
psisset. Obtenta à Principe dextera  
confestim è foro portata domum, fa-  
ctaque homini propinquior, dolorem  
( si peritis credimus ) utctunque stitit.  
Somnum nox poscebat, & amicis re-  
digunt imperabat. Jamque solus Jo-  
annes

annus sui esse juris cospit, facturus, quod alijs præsentibus non bene au- deret. Abdita sua ingreditur, ut cor esset, ubi thesaurum suum habebat. Erat is unica Virginis Deiparæ JESU- LVM tenentis Imago, opus antiquæ manūs, quam sagax pietas Leoni subtraxerat, Saraceno obijcere non au- deret. Hic ille truncam tantisper ma- num altari superimponit: in genua dein provolvitur, Matrem DEI, & suā alloquitur, non multūm alias ab illo. Joannes. Videret, quid sive famulus, sive filius pateretur pro Matre, pro Patrona: &c, sive Mater esset, sive Pa- trona, parvūper condoleret, inonstra- rētque se Matrem. An mereretur, ut oblivioni detur dextera sua, quā factū esset, ne ipsius Matris Imagines ullæ unquam deleret oblivio? Sibi, suisq; usib; sufficere, quæ superesset, sini- stram, MARIA dextram, deberi, quia p; sinistra defendere non posset. Bellum.

cum Leone cœptū potius, quām finitum, sive gladium poscere, sive calamus, sine dextera geri non posse, cùm nesciat sinistra, quid facere debeat dextra. Quid dicturos, quos Cælitum aliqua adhuc tangit religio & quid illos, quos nulla? Neutris satisfieri cum fide posse, quām diu ipse aut dexter, aut ambidexter non esset. Inter has filij erga Matrem non odioſas querelas suavis sopor hominem plora dictorum reclinavit. Audivit Mater iustas querelas: & quia clemens est, etiam exaudiuit; nam acceptam ab altari manum truncō brachio jungit, jubetque, quod antè officium facere. Non ista tamen eo silētio peracta sunt, quia dormiens Joannes nō eadem somniaret; nam non multò pēst expergesfaciūs, optabat somnījs veritatem. Ecce inspecturo vulneris locum, objicit se manus ipsa, jam non altari imposita, sed Chirurgie calcis arte inserita

ferta brachio; quin etiam viva, vegetaque, & ad usus priores apta. Experimentum tantæ artis capturus calamū prehendit, tentatque scribere nomen MARIAE Sospitatrixis; quod, ut vidit, perbellè successisse, vidit etiam, nullū aliud à manu officiū peti posse, quod præstare confessim non posset. Taceo libens, quod olim in tremo hæc manus factura est. Tantum miraculum uti Christianis magnus ad MARIAE cultum stimulus, ita Saracenis scandalū, quin etiam stultitia fuit. Fuere námque, qui Aesculapium ex inferno evocatum assererent, appositæ mandis artificem; alij, qui mitius insaniebāt, supplicium, inquiebant, fraude amicorum aversum esse in servum, atque in medastino peccâsse securim, quæ in Icannis dextera debuisset non errare. Ipse Princeps in rem præsentem venire voluit, vocatūmque ad se Joannem, promere manum jussit: quam, ut vidit, limbo

limbo sanguineo, velut cicatricis non  
invenusto vestigio cinctam; ipse ma-  
nus dedit, crediditque fide non profu-  
turâ, manum miraculo restitutam, in  
hoc non inhumanus, quod & Joannis  
innocentiam prædicaret, & præcipi-  
tem unâ cum nimia credulitate sen-  
tentiam damnaret, documento Chri-  
stianis judicibus non obscurè dato,  
etiam judices errare posse. Imago  
ipsa demum Venetias delata, hodie in  
templo Pacis religiosè conser-  
vatur. Iulius Strozius

Orator Ven. Imp.

1637,



VI, IMAG





## VI.

**IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DE SCHOLA  
VENETIIS.**

**P**ASTORIS inventum pictura est, qui primus ex umbra, quam ovis fecerat, fecit ovem. Sculptura, seu Statuaria non mihi pastoribus debet, quia picturæ filia est. Hinc, si pastor quispiam de sculptura ferat judicium, tanto piaculo non se inquinabit, quam si sutor in picturæ chrisi progrediatur ultra crepidam.

Fuit quarto abhinc saeculo in Ariminiensi agro ingenio felici rusticus, pascendis pecoribus ab arte & naturâ factus. Is sive cultelli amore, seu otij fastidio, scindere coepit ex avena primùm fistulas solando labori, deinde etiam è sambuco. Placuit sibi artifex sine magistro; & plus ultrà progressus levandæ siti etiam scyphos fecit, & pocula,

pocula; non parūm meliora vitris,  
quia non fragilja. Sæpe ars tam crassa  
derisa est, sæpe artifex: sed longè alia  
erat artifici mens: fibi placuisse opus,  
in parte mercedis ponebat, non mo-  
ratus fastidiosos Aristarchos. Imò ad  
ritum ingeniosorum, stimulum acce-  
pit à contemptu, & spretus tentavie  
aliora. Pro! quanto careret thesauro  
Veneta Respubl. si homo iste risum  
Zeilorum vertisset in luctum suum,  
& à sculpturā cessasset: Ille ergo, qui  
quondam gracili modulatus auenā,  
vix bene fistulas & rustica crepundia  
formabat, ingenti ausu Deiparae Vir-  
ginis Statuam sculpere statuit, quia  
truncum reperit operi non ineptum,  
optisque subsecivis horis (neque enim  
officio pastoris defuit) aggreditur. In-  
strumentis pariter, ac arte non probè  
instructus, hoc uno prudens videri po-  
terat, quod faciem Virginis destinā-  
set in operis finem, ut manu peritiore  
effigia-

effigiaretur. Et verò labore improbo breves intra dies totam absolvit Statuam, quam iij præ alijs miratentur, qui ignorant, rerum peritiam quan- doque etiam à Naturâ haberi.

Quis autem caput Virginis figura- bit? Quis formabit faciem? Jam ne- scire se pastor scit, quod scire se antè credebat, non parùm sapientior factus, ex quo temeritatem didicerat distin- guere ab industria, casum ab arte. Non rarò admoto ferro provocabat artem, operi coronidem impositurus; & Virginī coronam; sed unā cùm in- strumentis tantūm non abjecit ani- mum, donec tandem seipsum unā cum arte sua superaturus, manus ferrúm- que seriò admovit: sed opus turbavit noctu serpens, qui Virginis calcaneum sustinere non potest, ne dum faciem. Iterum ac tertium opus aggreditur; sed iterum iterumque eodem turba- tore laborem suum reperit mane po- stero

steri irritum. Inde sive irato, sive tristi, certè turbato, juvenum è silva adstat par nobile fratum. Hi de via primùm scire volunt, tum de Statua, & statuariò non pauca rogant, operam denique suam sponte offerunt, & artis se peritos dicunt. Pastor, ne quid rusticum loqueretur, juvenes appellat, & propterea imperitos, & postquam tota manu viam monstrasset, brevibus responsis ablegat, quos oportebat accersere; sed ijdem mane sequenti iterum adsunt, eadem repetunt, eadem spondent, etiam importunè rogant: dum denique commotus aliquantis per artifex, scalprum abijcenti, quam tradenti similior, irent, ait, experimétum artis suæ darent importuni jaëtatores, utique non facturi faciem, sed opus totum corrupturi. Nec plura: unus eorum prehenso scalpro levi manu excussis ramentis apparere facit primùm oculos, & prominere decentem basam;

nasum; tum frontem planat, & aperit os, locuturum, si anima infuisset, denique totam faciem cum decora cæsaric: brevi horâ opus finitum stupenti rustico tradit, & scalprum deponit: addit opus unâ cum artifice placere Virgini, velle ipsam, ut ab Ariminensibus hinc deportetur ad portum, ibi navi sine remo & remige imponatur. Ituram, quò destinâssent Superi: Ariminensibus hæc nunciaret, se Genios cælestes à Virgine missos jubere. Et verò discedendi modus prodebat Angelos, repètè oculis ereptos. Pastor nec se capere, nec Statuæ artificium mirari satis potest: Ariminensibus audita, visaque refert. Hi arti majorem, quam rustico homini fidem habent, Statuamque non portui, sed vrbi destinat. At comitante populo ad portum, ubi perventum est, nemo fuit, qui ponderi tanto succollare posset. Quæsumus igitur ex rustico est, quid Statuæ

Statuâ fieri ipse vellet. Jam dixi, respondt, navi imponenda est, sine remo & remige. Factum hoc est accensis insuper utrinque cereis. Confestim versâ nullo impellente prorâ solvit ritu nautico à littore navis, & in altum evehitur. Fuêre ex Ariminensibus, qui subitò comportatâ in plures dies annonâ cymbam concenderent, secuturi Patronam clientes.

At ubi Venetam urbem ingredi, & ad S. Marciliani templum consistere, navis visa est, & ipsi quoque exsensionem fecerunt. Decebat Virginis Statuam calesti vi portu Ariminensi egressam, non ingredi sine miraculo portum Venetum. Commodum aderat mutus puer, cæci patris filius. Is, Statuam conspicatus, pater, inquit, viden', quam hæc venusta sit Virginis Deiparæ Statua? Et vero etiam confestim vedit pater. Miraculum duplex celeriter famâ per urbem vulgatum accivit.

accivit cum populo Optimates: qui  
ut reliqua quoque ex Ariminensibus  
intellexere, Statuam inferre templo  
Ducali decreverunt, sed nemo erat,  
qui eam loco movere posset. Itaque  
anno 1286, quo hæc contigere, colli  
Statua coepta est, & cultoribus suis  
mercedis locò referre miracula. Pro-  
vehendæ pietati missi Romam sunt,  
qui à S. Pontifice Nicolao I V. pete-  
rent Indulgentias: qui bis cum fabri-  
lis suis ( ita credebatur ) rejecti cum  
risu sunt. Sed tertium ut rediere, au-  
diri etiam jussi sunt à Virgine, quæ  
Pontifici apparuit. Quapropter Ari-  
minum missus, qui pastorem acciret,  
Divis vel jam in terris adnumeran-  
dum, vel certè in paucis charum. Ita  
credebatur, &c, ut credo, sic erat: sed,  
O Dei judicia! homo obnescio cuius  
flagitij, malevolas suspiciones ferro  
tenebatur, & vinculis. Displacuit Pon-  
tifici Judicis stulta æquitas, qui sum-  
mum

sum jus non sine summa injuria exer-  
ceret in homine misericordiâ digno.  
Itaque confessim liberatum examinat  
ipse; & testes cognitæ veritatis lit-  
teras cum Indulgentijs Venetis mittit.

---

*Ex relatione Venetijs impressâ, quam  
pro suo in B. V. studio una cum quâ-  
plurimis Imaginibus, & authenticis re-  
lationibus, per R. P. Franciscum Ador-  
atum Societatis IESV, misit ad me Illu-  
strissimus & Reverendissimus Dominus  
D. Franciscus Morosini Venetia-  
rum Patriarcha, & Dal-  
matia Primas.*







GANGA

## VII.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
BASSANENSIS.

**H**VIS Imaginis miraculosaꝝ,  
quam vrbs Bassanensis colicꝝ,  
originem primam dare non possum,  
quia & memoriam hominum, & Scri-  
ptorum diligentiam fugit. In deserto  
stetisse facello, & tunc nōa fine  
omni cultu, narrarunt seniores, cùm,  
quod recensēbo, contigit miraculum.  
Quod, ut fortè primum non fuerit, in-  
ficiari tamen nemo poterit, si nō p̄in-  
cipale, unde Imagini honor posthac  
haberetur, & cultus exhiberetur tan-  
tis meritis dignus. Habet p̄eclarum  
Martyrem ac Patronum vrbs Triden-  
tina anno 1475, quo Hebraorū (qui  
tunc vrbe incolebant) impietas in  
Christi de Cruce pendentis contem-  
ptum, ipso hebdomadē sancta Vene-  
ris die, Simonem (calcearij sutoris  
filium)

filium) vix sex supra viginti menses natum, funestissimis tormentis intermit. Hujus S. corpusculum etiamnum integrum & incorruptum in S. Petri templo Parochiali magnificè custoditur, jure hospitij: ut qui & ipse quondam apud Simonem quandam coriarium in urbe Joppen divertit. Decen-  
nus pèstis secundus est Simonem B. Lau-  
rentius Soffius Bassanensis, in pari  
causa à Judeis trucidatus, triènio ferè  
Simone major. Non ego hic marty-  
rium & tormenta Herois recolo: sed  
illud narrare aggredior, quod certum  
omen futuræ sanctitatis in puerò vix-  
dum in xennis posito eluxit.

Nefcio à quo, aut contra quem ijs  
impertibus bellum coptum erat, quod  
sine Laurentij patre geri non posset.  
Quapropter homo militaris altero  
nuptiarum die, campo se committere,  
& castra sequi gravibus imperijs coa-  
clus, uxorem pridie sibi nuptam, com-  
menda-

viginti m  
mensis im  
lum etiam  
um in S. Au  
tior culto  
& ipse quo  
catur curia  
et. Decen  
onem & lav  
alis, in pa  
s, tria& san  
o hic marty  
reco: sed  
quod certu  
is in pueri  
luit.

onta que  
tum erat  
tri non po  
ilitaris ab  
e communi  
imperij on  
oram, an  
m coda

gaendatà tantisper domo, reliquit  
Bellum, in quo Laurentij parens  
meruit, novem omnino mensum fuit.  
Redisjt itaque acceptâ missione mari  
tus, confortis, ut existimo, precibus  
salvus & sanus, quæ idem ad eam,  
de qua loquor, Imaginem vigilias pro  
marito agebat, &c, ni fallor, quotidie,  
si decem ultimos dies excipias, qui  
mariti redditum processere, quibus  
edito in lucem Laurentio decumbe  
bat in lecto. Ingressus itaque domum  
suam redax è bello miles, circumspi  
cit primum, & miratus neminem sibi  
fieri obyium, per scalas pervenit ad  
thalassum, ubi conjugem in lecto cu  
lantem vidit. Egram ratus, consolari  
verbis instituit, quibus excitare vel  
semimortuam posset. Illa gaudium  
mariti, quod tam amicâ salutatione  
acculerat, ut pari gudio pensaret,  
filjolum, quem commodum lateri  
tum applicatum habebat, remoto lin  
gula.

teo, monstrans: en; inquit, charissime conjux, amoris nostri pignus, & haeres domus, & nostræ olim, quam Deo dante speramus, senectutis baculus.

Mirum est, quâ nonnunquam vel locitare cogantur in celo nubes, atque in fulmina ignescant. Multò, quâm credi potest, citius hæc visa sunt in vultu mariti, nunc verè microcosmi. Rugas contraxit ut nubes, denlos accedit ut fulgetra, linguae in tonitrua rupit: quid expectes, nisi trisulcum è manu Jovis huius fulmen, quo dispereat hæc Juno? Ergone, inquit, ego pater pueri, quem alius genuit? Cetera, quæ homo maritus inter manus per thalamum concursationes detonuit, vel Herculli fureanti noue excidissent.

Et habebat furor iste plus radonis, quâm solet. Nimirum à tūptij ad eastra, à thalamo ad pugnam erat evocatus tecens maritus; nocteq[ue] non amplius

V. M.  
amplius unam Principis Imperio in-  
dulgente.

Furor, ut plurimum, ira brevis est. Hic, quia in hominem Martium incidit, longus fuit, & denique arma ministravit nondum deposita, quibus uno ictu, utrumque honeste domis probrius auferret. Interea mulier lachrymis perfusa non profuturis, inter ultimos (quia mortis) sudores cloquenter plus quam feminæ perorat. Ecce placuisse bestiam cloquens innocencia, si audita fuisset. Sed qui debilem ac singulib[us] interruptam feminæ vocem inter Martis vociferationes tonitrua audiret homo militaris, qui nec leges quidem inter tubas & tympana audire confueverat. Jamque incumbentem sibi machæram, sive vittaturam, sive mitigaturam, filio manibus prehenso, superat affectum matris, & magnâ vi brachia tollit, prolemque obijcit jam cadenti machæram; eo uno

C 3 felix,

felix, quod imaginem Virginis, de qua  
dixi, in ore, spem haberet in corde.

Adeste, quotquot mundus tulit he-  
roes, atque ipsi inspicite, ne fidem om-  
nem superet, quod dicam. Laurentius  
vix dum totus decem dierum homo,  
ictum risu excipit, & manu macheram.  
Iamque alterum minabatur furore  
ictum: sed pupulus, parente fortior,  
manu aciem ferri intercepit: & quid,  
inquit, agis pater? quando ego filius  
tuus sum, & mater innocens? Haec  
fatus, temporum nostrorum Cyrus,  
tacuit, & jam solus armatus (nam vi-  
ro, qui jam pater esse cooperat, è manu  
gladius exciderat) tropaeum manu  
victoriosa tenet, macheramque, ut  
victor, manu vibrat. Extimuit pater;  
steteruntque comæ, & vox faucibus  
haesit. Atque ut patrem se esse sciret,  
hominem tamen se esse tatisper igno-  
rabat, dum animosior è concepta spe,  
visoque portento, fæmina viro redde-  
ret animum.

Red-

Redditæ Deiparæ Virgini gratiæ, & inusitati portenti narratio facta viciniis, ab his publico, fidem tamen apud omnes non invenit, vel quia à milite, vel quia à fæmina hæc dicebantur. Modestius itaque meatiri jubebantur, hoc ficto titulo, qui receptus non esset, spurium pro legitimo haberri non posse: iure standum antiquo, & si volint, consuetis ceremonijs ad hereditatem admitti posse. Hæc matri, filioq; cum ipso marito in poenam furoris paterni ferenda fuere, dum tandem reperti sunt, qui conceptæ in Virginem Deiparæm spe, Imaginem venerarentur, & ipsi quoque peterent auxilia in morbis, quæ natura prestare non posset. Nam, ut Laurentij consuleretur honori, Virgo Deipara corā imagine, quantumvis magna postulantibus negavit nihil, ita multiplicatis tanto numero portentis etiam primum, quod in Laurentio contigit miraculum, si-

c 4 dem

dem integrum invenit apud omnes,  
quod antè vix dubiâ fide credebatur  
à paucis. Decebat hic honor Sanctum,  
decebat Martyrem: nondum enim  
primum etatis compleverat omnino  
Iustum, & jam maturus æclo, & mar-  
tyrio suffecturus, diram à Judæis mor-  
tem pro Christo tulit. Hist. Vicent. l. 2.

cap. 71. Annal. P.P. Servit,  
part. 2, cent. 4. lib. 1.

C. 4.



VIII.





## VIII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
AD S. JVSTINAM  
PADVÆ.

B ARBARVM oportet fuisse, & ve-  
rè Copronimum, Constantimum  
illum Orientis Imperatorem, qui tam  
impiè patris mores secutus est ; ut  
quas furori patris Christianorum pie-  
tas subduxerat Divorum Imagines,  
summā solertiā conquisitas, ferro &  
igne prosequeretur impius Iconocla-  
sta, sola in ligna, lapidesve bellicosus.  
Hic Isaurici Leonis non degener ca-  
tulus, simul ac Imperium anno Chri-  
sti 741 hæreditate accepit, ne patris  
memoriam ulla unquam posset dele-  
re oblivio, deservit strenuè in Imagi-  
nes Sanctorum, cùm in Sanctos non  
posset. Nulla domus, quæ jacturam nō  
doleret, nullis divitijs reparandam ;  
nulla platea, in qua non magni quan-

c 5

dóque

dóque operis tabulæ assulatim sparsæ jacerent; nulla via, quæ non sacrissimi eiusmodi ramentis honorata calcari vel à pietate ipsa recusaret. Mercurios in palatio vidisses, & Apollines, Veneres, Dianas, & Oviparas Ledas, Jovis cygneos ludos, Martis cum Venere plus quam fescenninos jocos dabant marmora, & varij generis metallæ: nihil non nudum erat, ut veritas turpitudinis venustrius sorderet. Calitum nec figura, nec forma ferrebatur uspiam. Hæ palatinorum leges fuere non parum paradoxæ, quibus illorum colere statuas, quos sequi nollent; eorum, quos sequi deberent, cum contumelia lacerare jubebantur.

Fuit, cum novo artificio conquisite per Constantinopolim Imagines comportarentur tanto numero, qui vel ipsis Iconoclastis admirationi esset, vix oculis suis credentibus, post rotundas

tantásque horum penatum strages, & idolatriæ reliquias pio furori subductas. Itaque maximo in foro spectaculum futuræ Deo, Angelis, & hominibus Sanctorum Imagines in cumulum aggrex, pyram effecere, in quâ tota Sanctorum memoria funus fieret, & conflagraret: & ne tanto funeri decessent ludi funerales, hæc omnia ludo jocoque siebant. Quid praeficas memorem, quas devotus feminineus sexus non gravatè subenfisit, quid facies recenseā, quas impijissimus quisque contra mortem à fronte subdidit, rogumque accedit?

At simul ac veneranda strues ignem concepit, Superi id; quod erat, non tardè subodorati, tam pretiosi thymiamatis, tam severè hominibus viti fumunt, averso à terra vultu, suscepere.

Sunt supra altas ætheris plaga fulmijum plus quam muraria tormenta,

menta, stantoque in subjectos directa,  
destinataque impios, non tamen (ca-  
litum consueto more) exoneranda,  
nisi novi Promethei è terra ignem  
submittant, & peccatis, velut funibus  
incendiarijs, tanti strepitūs machinas  
accendant. Nunquam stultiis, majo-  
rēve periculo mundus inter ignes lu-  
git, quam cùm hunc rogum succedit,  
non difficulter cum fumoflammam  
celo daturum, quæ accensis, quas dixi,  
fulminum plus quam bellicis machi-  
nis, effectura esset, ut fractus illabere-  
tur orbis.

Jámque ardebat rogos sacro igne,  
jámque cælum sacrīs è fumo nubibus  
tecum, nil nisi pluia sanctumque spi-  
rabat: gemebant interim circa ro-  
gum, quos aliqua Sanctorum cura  
tangebat, & lachrimis ac suspirijs  
tantum non extinguebæ flammæ ido-  
neis cælum cum fumo petebant: cùm  
ecce è tabellis una, divisa virtute, è  
media.

media flamma, quæ jam totam, quanta erat, struem involverat, saltu mirabili in altum fertur, factoque bene grandi hemyciclo in medium populum, jämque capitibus suis timentem, decidens, in fæminæ Orthodoxæ gremium delapsa est, & non sine gaudio excepta. Hæc sibi tabulaeque consulta, populo se subtraxit. At domum ubi venit, tabulaeque materia simul, ac pictura examinata à pijs est, tabula repesta est, è ligno integra, quadrata, nesc ultra mediocritatem magna. Pictura illæsa, colores vivi, manus artificis præ alijs bona.

Tabulam in tanta lignorum temere congestorum congerie, inter flamas sumosque permanisse integrum illesamque è rogo solam, unicamque è tot alijs exiliisse in altum, per arcum velut facto passu transiisse flammam, & in fæminæ Orthodoxæ gremium decidisse, apud piros non mirum mo-

C 7 dò,

dò, sed & supra miraculum habebatur; capropter velut unicus Fidelium thesaurus diu Constantinopoli, eo honore, quem merebatur, conservata est, donec à B. Vrio Sacerdote, & templi SS. Apostolorum, quod tum Constantinopoli erat, custode, unà cum corporibus S. Apostoli Matthiae, & S. Evangelistæ Lucæ in Paduanam urbem deportata est. Atque hæc ipsissima est, quæ hodie à Monachis D. Benedicti Cassinensis ad S. Justinam custoditur, miraculis hodiisque clara. Anverò S. Lucæ opus sit, quod nonnulli existimant, non habeo dicere.

*Hanc bistoriam R.P. Alexander Boselli  
Provincialis Veneta Prev. mihi misit,  
desumpsitque ex Portis, de Felic.*

*Padu. lib. 9. cap. 19.  
fol. 412.*

• 680 (o) • 680

IX. IMA-





GAVU

## I.X.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
IN MONTE ORTONE.

**E**ò fides hominum devenit, ut vel ipsi Deo dicenti non credant, nisi dicat se dixisse, & portentis dicta confirmet; alia enim Dei loquentis verba mundus hodie vel non audit, vel non intelligit, quam miracula. Intelliget hoc lector ex origine Imaginis Deiparae, quae in Monte Ortone miraculis celebratur, quam fide magni Historici recenseo.

Anno ab Humanato Deo 1427 pestis Lombardiam universam afflavit, præ alijs ita Paduanæ vrbi infesta, et etiam ij, quos alias metus in virum quoque constantem cadens non terreret, vrbum defererent. Ita multi non tam mortem, quam mortis modum timent. Eos inter fuit Petrus Falcus homo militaris olim, qui, cum è mili-

è militia nihil præter pauca stipendia, & multa vulnera domum retulisset, jámque nec ex his quidem multum amplius superesset, præter pedum incurabilem dolorem; eadem fidelia duos, ut aiunt, dealbaturus parietes, vrbe ob luem malignam relictā, ad montis Ortonis thermas sanctantisper contulit, quoad inde sanus in sanam patriam rediret. Fuit Petrus cœlesti itinere aptior, quam terrestri, raro in milite exemplo; nam conscientię ut bona erat, ita nullum quoque abire diem passus est, quo Virginem Deiparam confuetis precibus non veneraretur, hisque gradibus, etiam afflictis pedibus, magnis tamea passibus ad Superos properaret; sed & Superi ad ipsum: nam Virgo Deipara soli in silva & oranti die quadam se visendam præbuit, quam toties pectierat, sanitatem datuta. Petrus, si viso, qui Deiparam vestiebat, splendore,

dore, exuisset calceos, superstiosus  
haberi non meruisset, nam locus, in  
quo stabar, terra sancta erat, quando  
famul ac cum admiratione terror ho-  
minem sibi restituit, ipsa Virgo &  
exuere illum calceamenta jussit, &  
locum sanctum suumque esse dixit.  
Vade, inquit, & in hac, quam mon-  
stro, scaturigine pedes lava, & sa-  
lutem cape. Quā recuperatā in fun-  
do, si laborem non reculas, & sub sa-  
xis Imaginem meam reperies. Scito  
insuper locum hunc meum esse, hic  
me coli velle. Atque ut hac omnes  
ex te andiant, non omnes tamen cre-  
dent. Itaque ut & his quoque fidem  
facias, duos ex his arboribus surcu-  
los decerpe, Quernum unum, Olivaz  
alterum, sique urbem ingredere,  
& eos accede, qui urbi cum potestate  
præsunt, quibus, ubi receperam sani-  
tatem, inventamque Imaginem de-  
narraveris, ea quoque subjunge,  
quæ

quæ de struendo hic loci templo tibi dixi. Invenient dicta fidem, sed lenta-  
tam, nec integram: tum enim verò  
tu ramo Olivæ viridi cinge lumbos,  
& mox arescet; revirescet autem,  
quam primâm caput tibi eodem co-  
sonaveris. Hinc reconciliatum filii  
Filium meum intelligent Paduani. &  
pestiferz suis tamdiu optatum finem.  
At verò ut sciant quoque, hunc à me  
locum impertiendis celestibus favo-  
tibus gratiisque electum, Quernum  
ramum cape, quem, simus ac capitū  
circumligaveris, videbis exaruisse:  
qua propter eodem ramo arido lum-  
bos cinge, & iterum revirescet. Haec  
fata Virgo videri desijt.

Petrus Falcus caelesti gaudio deli-  
batus, servis, qui supervenerant, visa  
refert, eorum ope frontem aquæ ca-  
lidae incer caretæ quæsitum invenit,  
& in fronte sub faxis Imaginem in-  
digna tabula quadrata cubiti ma-  
gnitu-

## IN MONTE ORTONE.

gmitudine, tum nudatos à servis pedes  
immergit fontis scaturigini, & inde  
redire in pedes vigorem sentit. Ins-  
que jam de futuris quoque miraculis  
securus ad urbem Montis Ortonis re-  
dit, & convocatis Magistratibus ex  
ordine cuncta & graphicè narrat, eâ  
que interdictorum confirmationem, quæ  
iussus est, ratis vircentibus patrat  
miracula. Nemo erat, qui audiret  
tantis fidem negare facili, nemo, qui  
non, quæ in rem erant, comportaret.  
Vnde sumptuosissimæ fabricæ præ-  
grande templum est, quod hodie  
P P. Eremitæ S. Augustini unà cum  
Imagine curant, nobilem Paduano-  
rum in Monte Ortone thesaurum.

---

*Quomodo Imago hec, & à quo in-  
foncem infra saxa sit abjecta, non con-  
stat. Sunt, qui patent, ab Iconoclasta quo-  
piam id factum. Alij existimant, à Vir-  
ginis singulari cultore, bello tempore buc  
depor-*

deportataam, & marmore ciboditam.  
Item sub marmoreis latebat fragmentum  
(Alijs placet appensam dix arbori,  
casu prolapsam, & ab Angelis in bac usq.  
tempora conservatam. Videri potest IL  
distrissum & Reverendissimum D. La-  
mbus Thomafini Episcopu. Civitatis  
Nova, qui etiam hanc historiam fuscò  
descripsit, quam ad me descripsam misit

R. P. Alexander Boselli, Pro-  
vincialis Veneris Pre-  
dicti Ordinis Provincialis.



B. V. No

more confidit

lascias frago

per son domo

Angelis in hor

u. Valori per

rendition D. b

Episcopate

bene agere for

me defrago

ader Bojic, ho

ma

in

8. Delt



GARDE

## X.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
IN MONTE BERICO.

**P**ROFVIT Vincentinæ vrbi, habuisse  
in vico proximo Berga vetulam,  
quæ Vincentia vocaretur, nam for-  
tassis vel ideo, quia idem sibi cum af-  
filiata vrbe nomen esset, orationi va-  
cavat ardenter, identidem Salutatio-  
nem Angelicam submurmurando,  
ad Patrem, eum marito in colle vicino  
agellam suum colenti cibos ferret.  
7. Marcij anno 1416, hora post solis  
estum tertiâ. Stitit devotam sibi via-  
tricem Virgo Deipara, tantâ luce ve-  
stita, quantam oculi Vincentie, si vel  
juvenis fuisset, non sustinuisseat. Ita-  
que velut fulmine icta in terram nov-  
aliter, quam mortuaria precipitatur!  
Sed quia non cœritura, sed anima-  
tura vetulam Virgo advenerat, con-  
festim advolat, constantem erigit,  
omni-

omni<sup>que</sup> terrore pulso jam cordatio-  
rem sic alloquitur. Vincentia mea  
(scito enim, te meam esse, cum ego  
tua sim) vade Vicentiam, & nuncia  
afflita<sup>re</sup> vrbi, si pestiferam abire luem  
velint, in hoc mihi loco templum col-  
latis pecunijs adfiscant, sciāntque, tam  
diu duraturam luem, dum ipsi moni-  
tis exlestibus pareant, Vincentia jam  
cognominis vrbis facta Patrona, quae  
in rem erant, Virgini opponit, quis  
ex vrb<sup>e</sup> universa crediturus sit fami-  
nia? quis vetulam non irrisus? si vel  
notæ sanctitatis Sacerdos hæc vrbis  
mancaret, futuros, qui lucrum, quæ  
gloriam obijciant? Templa vrbis non  
deesse, & si olim defuissent, mancamen  
vigesimum sextam jam annuas  
peste laboranti, & tantum non ex-  
haustæ civet templis, non tempora ci-  
vibus deficere. Vetus; ceias; somnia  
obijcientur: cuius sacerdos sine, quid, quod  
(ut fidem forte verba metapud cives  
inve-

inveniant) in exhausta vrbe non erit, unde operarijs, vel in hebdomadem merces solvatur. Itaque, O Regina Cæli, vel à Vicentinis pete, quod praestare queant, vel, si certum est templum vectigalis jure imponere; mitte, cui credant, méque tuo, meoque bono non dignare tanto honore.

Adhæc Virgo: vade, inquit, &c, que jussi, Vicentinis iudica. Eadem non habituris, fontem limpidissimum, & mirum intrâ hos duos, quos tibi monstro, lapides promitte, si fodiant. Quin, ut cā, quā volo formâ, templum figurant; ecce fundamentorum ambitum designo: quo dicto crucem ex Olivâ olim, nescio à quo, ibi plantatam, extrahit, manūque prehensam circumducit, terrâ, quantumvis durâ, facile subactâ, & in fossam, qualēm vix sarculo fecisses, ne dum surculo, dehincente. Denique, cùm ad locum, unde cooperat, redijset, Oliveam, de qua dixi,

dixi, crucem eo loco terræ infigit, quo principem erigi aram volebat. Itera-  
itaque visa auditaque quam primum referret, id insuper adjungeret, omnes festos Virgini Deiparæ dies, in modo om-  
nes totius anni Dominicas, templum  
hoc visitaturis, & quidpiam precatu-  
ris, praे alijs diebus bonâ suâ prece fo-  
re felices, & albo cakulo notandos.  
Quibus dæctis, Virgo bene precata  
evanuit.

Vincentia in pedes erecta, & jam  
sui juris, ante omnia ad sportulam  
respexit, & cum rupta quæpiam è lan-  
cibus effudisset polentam examinat:  
nacq præeeps in terram ruina potuis-  
set certè, si non debuisset, rumpere  
fragilem testam. At verò, ut integræ  
omnia vidit, non parè mirata est;  
cum verò etiam immisso pollice de-  
prehendit calorem, quem dedisset  
domi focus, nondum abiisse, etiam  
obstupuit. Et vero, quis non miretur?

Non

Non minus militari integro vetula  
ad maritum cibos portaverat, & non  
partim temporis absumperat collo-  
quium Virginis; adhuc sepeima Mar-  
tij dispostus, vel duobus à foco pas-  
sibus non bene constat polentiam fri-  
ngefacere.

Vincentia, traditā propter marito  
sportidā, & cursum, quae vidisset, nar-  
atis, quām primum ad urbem festi-  
nat, ex ordine omnia, quae contigerat,  
decide hisce obvīe quibusque denarrat.  
Si tam citā fabrica surrexisset è fun-  
damentis, quām Vincentie verba per  
urbem sūtmā volante circumdata sunt,  
splures possibet nūni cētuas civium  
nūmīs rāsset urbs Vicentina. At vero,  
quia vexulam p̄dicantem, & de pe-  
ccatijs loquentem audierunt, plerique  
prefagam, nonnulli etiam sagam  
esse existimaverunt. Atque ut forte  
ipsa nūminem aut deciperet, aut des-  
cipere bona instituisset, ipsa tamen,

sive somnio, sive familiari vetulaphantasiā decepta; non abs re credere  
est, & tum maximè, quando ad Epif-  
copum studia, ad sui similes annos cum  
fabulis suis & cōmētis amanda est;  
quantumvis & fuisse nos experien-  
dum, & designata à Virginio Deipara  
templi fundamenta jactare. Ita vix  
unquam alijs semper nobis credimus.

Abaetā cum fabulis vetulā, pruden-  
tiae se littisse crediderunt Vicentini.  
Non ego. Quid enim? ergo ne, si sub  
fordido palliolo latere posset sapient-  
ia humana, non posse divina? Ergo sic  
Dux, qui nec vultus, nec statuam  
aspicit, qui personam accepte nō  
est, mittere non posse, quem vult? Fel-  
ix profectò Vicentia, & in paucis sa-  
piens civitas, in qua nemo est, qui un-  
quam vetulā soñianti, & omnia;  
fausta & infasta angaranti credid-  
erit. Vel, sicut (ut deesse creduli nūs-  
piam possint) sur vigilanti nos cre-  
ditur?

ditur? & omnia fausta spondent? cur  
nema vel unius dici opera, evulso sa-  
xo, inquirit promissa aquas? cur ne-  
mo vel deambulans locum adit visu-  
rus, num ventila ex arte ad architecto-  
rum leges designasset fundamenta  
templi.

Ita nempe animo cadimus, cum  
tristibus urgeatur fatis è celo, ritu, quoq;  
vertiginosi solent, qui nunquam pro-  
futura apprehendunt. Poterat vtralio  
monstrare digitorum celestium vesi-  
gia rosei coloris, & cum vita durata-  
ra, humero impressa, cùm Virgine,  
creda in pedes est, & formè etiam  
monstravit: poterant ipsi Vicentini  
non impetrare salspicari peccata  
lucim, cum haec referrentur, remissione  
favientem plectendo animorum ob-  
stinationi vehementer posse audire  
esse. Sed, ut dixi, tristibus inclina-  
sperare difficile est. Interea Vicentini  
nullo non die cum sole templum suum

D 3 adire,

adire, & adacta Crucis cereo ardente,  
ingeniculata preces fundere, & vix  
cum sole abeunte abire, testata, nullo  
se teneri fastidio, quando inter Ange-  
licos concentus ibi deliciaretur.

Credamus, ni fallor, Saperis benefi-  
cium nos facere, quando nobis bene-  
ficia ab ijs importunè obtrusa acce-  
perimus. Ita est. Expectatione à Deipara  
duabus suppino annis est cum dimi-  
dio, & nemo omnibus annis Vicenti-  
norum repertus est, qui vel fontem  
promissum inquireret levi scipro, aut  
quem vel etiòm deambulatio ad lo-  
cum, non puls enīque passibus vrbe di-  
stantem inviceret.

Itaque anno 1428. 8. Augusti ite-  
sum Virgo apparet Vincentiae, tam  
quando vel maxime seva postis recu-  
duis eademque, que olim, ingeminat.  
Quatuor itaque vetala, & vociferatio-  
nibus vrbe inimplèt, & tandem à Ma-  
gistratu & Episcopo agre audita fidem

q u a n d u s

extor-

extorquet. Itum itaque instituta rite processione est ad locum, visisque perinde, ac si tunc erute essent, fossis templi spantium ambientibus, exitus quoque levi labore limpidissimas fontes in fluminis modum emergens. Jam quisque fidem habitam fuisse oraculo ante biennium vohisset: homicidas suorum quisque inclamans illos, quos multo viro tantum ratus uphis horis effet dilectorum, nullo in se, omnibus invenimusque tancti facinoris piaculum coniiciente. Ita est: nemo facit quod omnes faciunt.

Decreta 25. Augusti solempnis iterum processio, quâ primus templi lapis simi sacro positus, & datum labori principia est. Cumque ijs decrescere possit wideretur momentis, quibus erat fabrica, multos operantur inter se, & alii in sequentem Dominicam indicta processio, in quam non pauciores tredecim milibus confluxerunt, quo-

rum munificentia ea congesta sunt in  
fabricam donaria, quibus intra tri-  
mestry quantumvis amplum templum  
deproperearetur. Tante molis erat  
pestilentiae finem imponere, que qua-  
tuor omnino & virginis annos affixe-  
rat Vicentiam. De miris non nisi duo  
affero. Primum: quod iisdem, ut supera  
memoravi, momentis decreverit luce  
pestifera, quibus crevit fabrica. Alte-  
rum: quod, uti trecenti fratre, qui pri-  
mo die ex reperto fonte biberunt, ita  
trecenti omnino fuerint, & hui ipsi, qui  
simul eodem die salutem biberunt,  
& quocunque mali genere vindicati,  
memine gratis potante tam salutife-  
rum è celo laticem. Siccatum tamen  
aliquot post annos una cum miracu-  
lis fontem asserit, qui hanc historiam  
describit P. Frater Franciscus Barba-  
ramus Cappuccinus in hist. Ec-  
cl. Vicent. lib. I.  
c. 87. &c seq.





## XL.

IMAGO B. V. MIRACULOSA,  
IN MONTE VIRGINIS.

VIDE ET hic loci, quisquis spectacum admittitur, faciem Deiparae in cibula lignea pictam cum Pueru Iesu: sedam quoque in transversum tabulam sub Virginis vultu observat: picturam deinde reliquam multum à vultu Virginis diversam, non sine causa miratur. Vnde hac omnia Imago, sacra excedens, recomponere agere, dicit. Atque imprimis opus esset S. Lucia dubitare non licet; ne fidelissimam antiquitati repugnemus: hac enim ipsissima est (a) quam Eudoxia regina cum cingulo B. Virginis, ac Domini nostri fasciolis in sepulchro B. Virginis inventis ad Pulcheriam Augustam Hierosolymis Constantinopolim misit. (b) Hinc ab anno 420 Imago hac sacra coepit appellari S. MARIA Con-

D 4 stanti-

stantinopolitana ob insignia, quæ patrabant, miracula, Quorum duo, si breviter apponam, videbit lector, nihil me superfluum, otiosumque scribere. Primum cum Gaina R<sup>e</sup>ge Barbaro, & heretica letis infecto, contigit. Is cum potente & nimirum malite apertavi Constantiopolis portas iugressus valvis urbis (ne scitur quis manu) repente clausis tantum non ad intemperieinem deletus est, postquam cives se, suaque hui c<sup>i</sup> Imagini commendarunt. (c) Alterum, barbaros, nescio quos, tangit, qui sexcentarum navium classe urbe non parum graves iniuriantur exadiem cominus; ubi tamen Sanctissimi Patriarchæ consilio solenni pompa per plateas & foras, hac sacra Imago fuit circumducta, fieri Imago visa est, ut fieri deficerent cives. Acciverunt haec celestes aquæ e<sup>c</sup>ælo grandinem, sed igneam; quæ in naves delapsa omnes ad usque decem, odore picco relicto;

absum-

absumpserat maritum quoque Sodoma  
ene exempla struxerat haberes. (d)  
Hæc alia que Virginis postea civium  
illorum bono per hanc imaginem pa-  
trata, fecere, ut tertia hebdomadis  
dies non amplius ad dei Matris, sed  
Dei Matris honorabilem dedicata habe-  
retur. (e) Jam quoniam deo hæc Imago  
ad hunc, de quo loquimur, docum-  
entaverat, dicendum est. Circa annum  
730, Balduno II. rerum Orientis  
potenti, à regulo Crete domino filio  
descensa est in Ispensem. Baldwinus  
Ispensem uniuersitatem fidei patris. (q[uod]  
Cretensis) sprevit. Hincenitas, Et fidei  
caduceatore juvans jucundus mundus  
bellum. His præfus Baldinus ingenio  
Grecie totius dixit veligilagot quæ-  
quot posuit, Italia Principe sanguinis  
junctos imploravito. Noscuris quoque  
ipsorum filio suum ob fidem dedit, as-  
que una cum filio sanctissime Crucis  
non parvam partem, spongeam, aliæ-

que celeberrimas Christianae Fidei geras. Interea sive ob ablatas ex Imperatorum sacrario reliquias, sive quod fidei proprius est, ob gravaram vestigialibus Graeciam, suorum quoque, id est, Graecorum incurit odium, ne dispessari a prudentibus coptum, si, intra, an extra urbem; inter cives, an hostes. Baldwinus esset securior. Placuit fuga, & quidem in Italiam ad suos. Hanc, ut ne intatus asperet, quidam sacraria reliquiarum Imperatorato sacrificium habuimus, cum certa Gasæ in onesulas conjectit. (f) Gascharia Baldwini nepos urbem ingratissimam invita rem deficeret, Imaginem garnitur hanc post se reliquias, ingratim civibus non sustinuit. Idoneus militem impetrat, nam ab alio avellans quod quæ milites (si quidem integrum vellent) presence a regis alibi, non possent transversam factuerunt, secundumque dimidiam operis partem,

partem, quae Virginis vultum ad pe-  
 das usque tenebat, absulerunt. Cum  
 his thesauris ad oras Italiz appulsus.  
 Balduinus per Apuliam iter habuit.  
 Neapolim versus. Vix Avellinum per-  
 venit (verbis est Monti Regali proxima).  
 mula, quae Virginis Deiparae Imagine  
 cum ceteris, quas dixi, reliquijs vehe-  
 bat, absque ductore per collem, quā  
 itur ad montem proximum, iter arri-  
 puit. Aberrantem à via, ut credebatur,  
 bestiam reducere muliones; sed iterū  
 ac tertium eundem bestia callem in-  
 sistere, & collem avium petere. Oborta  
 subinde tempestas vim pluviae gran-  
 dinisque dejecit, monuitque Impera-  
 torem, redisci bestiam à colle, invito  
 celo. Fuere quoque, qui affererent,  
 templum Deiparae (S. Guilielmo Con-  
 gregationis fudatore sub titulo Mo-  
 sis Virginis) in vicino esse, huc bestiā  
 agi à celo. Itum igitur ab ipso Impe-  
 ratore cum toto comitatu est, quod

28. MAGO. B. V. M.  
preibat mula, facri aneris bajuata. Ecce tibi, ubi in conspectum templi ventum est, nullo pulsante res omne campanum sponte insomuit clangore festivo. Accati miraculo Religiosi ob viam procedunt pompa, quam comitissimis jam prospiciebant, acceptaque Virginis tabulam (ita Imperatore & Catharinâ volentibus) solenni pompa in aram, quæ medium obtingebat templum, deportant. At vero mane postero; eo, quo nunc stat loco, sacrum pignus virtute divinâ translatum invenero. (g) Unum, ut cetera raseant miracula, praeterire non possum. Ad dico circiter passuum milia, si sacram ad te in centro habeas, carnes, ova, caseus, butyrum, lac, volente calo, cum medi non possunt, imò nec impunè apportari, etenim ubi horū quidpiam importatur, quin etiam, ubi vel una mulier accedit, quæ gentis more expillos uitiat butyro, repente coactis nubibus

IN MONTE VIRENTIS. 3

nubibus cælum totum agitur in rabié,  
eijcit inter tonitrua grandines, plu-  
vias, fulmina; & ventus tantum non  
ipſi monti minatur ruinam. Neque  
pax ante cum irato cælo initi potest;  
etiam undeque perlustrato monte de-  
prehensum piaculum sit. Itaq; edulia  
vetita, quam primū deprehensa-  
funt, confessim vel igni absuntur,  
vel ex alto colle in subiectam vallem  
præcipitātur. Quod si mulieris, ut dixi,  
crinibus butyrum allitum sit, abscissio  
illuc capillis combustisque, remedium  
malo poni debet, tum denum cælum  
cum terra redit in gratiam. (b)

---

Heb ad me R. P. Joannes Floma-  
vens R. Benevent. ex Illustriss. Jordani  
Episcopi Leydicensis Chronicō. (a)  
Ex hac hinc rei apud Metaphysicos ad  
moenia in vita S. Luca, ut afferit Au-  
tor Jordani his verbis: is primus omni-  
mōe sic in figurā expōgit, atq; ut  
D 7 The-

Theodorum factor exponit, Imaginę quoq;  
 Genitricis Dni ad vituum depontem, quā  
 porrò ad Pulchritudinem Auguſtam ex  
 Hierosolymis Eudoxia misit. (b) Ni-  
 cophorus confirmans hoc addit: Pulchri-  
 tatem accepit bice rebuq; templum  
 edificari iuffisse: in quo (dicit Aucto-.)  
 divinam illam Virginis Imaginem  
 quam D. Lucas Evangelista in tabula  
 depictam reliquit, sanctissimæ pensam  
 & sanitates ipsius fascias periude atque  
 abeſaurum, quens Eudoxia Auguſta  
 cùm Hierosolymam profecta est, ſeruan-  
 dum curavit. (c) Nicopb. hiſt Eccles.  
 ſui temporis. (d) Eutropius lib. 21. re-  
 rum Roman. (e) Idem Nicopb. loc. cit.  
 (f) Bergamas. in Chronic. apud R. D.  
 Ovidium de Lacijs in relat. typis dñis  
 de hac Imagine. (g) Ita praece R. D.  
 Ovidium de Lacijs conformat D. Re-  
 gene Toppia in tract. super Antebut. im-  
 preffo codice de sacrofanti. Eccles. ubi  
 hoc addit: anno 1310 Catharina II. Im-

# IN MONTE VIRGINIS. 89

peratrix erga S. Imaginem obsequentiſe  
ſima, per illuſtre ſacellum iuſſit adiſicari,  
¶ S. Iconi, que caput tantum cum par-  
te pectoris oſtentabat, reliquum corporis  
iuſſit addi, una cum Puero IESV inter  
brachia: nec non quodam Angelos ad-  
ſtantes, & complura tibia ad ornamen-  
tum tabula præcipuum; capitiique Vir-  
ginis ſuam aptavit coronaam auream,  
ibique mandavit ſuum cor-  
pus ſculptura tra-



XILIMA

## XII.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DE MADIA  
MONGPOLI.

**H**AVENT urbs Monopolis Episcopum Romualdum, dignum, cuius memoria a postero esset in benedictione. Is muros, & mores adificaturus, templum Cathedrale S. Mercurio dicatum, jam ruinæ proximum, anno à Virgineo Partu millesimo supra septuagesimum quintum, sui officij trigesimo, demolitus est. Crevit subito fabrica ultra multorum expectationem, opem conferente Roberto Guiscardō Comite Apuliæ, natione Normanno: stitit tamen unà cum aedificio omnium voluntates lignorum penuria, quibus muri tecto conjungentur, & subjectum templi forum tegeretur. Abière interea anni, quibus de perficiendo templo nec spes, nec cura,





qua: Poterant subinde farcidi cum  
fundamentis terræ inserti et evisse in  
arbores, unde magnitudinis justæ  
bes haberentur, si soliti materiæ fed  
rux esset. Et statet adhuc fortem sine  
techo templum, nisi Romualdus rati  
onē dōmīs architectus memoriam,,  
quā plerique jam abiecērāt; iterat  
eis ad Viginem Deiparam precibus  
conservatam, identidem objecūci;  
non cessaturus, dum ipsum cuī nu  
bilis orando celum penetrasset. Au  
diens preces ipsa Deipara ostendit,  
quando intempesta nocte ē civibas  
uni veste candida ( quia felicia etun  
ciabat ) in somnis additit, jussaque  
significari Episcopo, trabes tegendo  
templo neocessarias, suo beneficio ap  
pulsa esse, statēq; in littore. Rejecta,  
ut sit, solumlantis imago est à Romu  
aldo. Vnde enim hæ trabes in opus  
suffecturæ? Atque tñ portentosè quis  
piam è celo menitus eas hic delinac  
set.

scr, ventos clementias, cantigandis  
muncios. Placuit redire sequenti nocte  
Virgini: testa fuisse non somnium, af-  
femare: iacet prius, & Episcopo fi-  
dem faceret. Fecit quidem imperata  
civis, sed non fidem Romualdo.

Itaque nocte quoque tertia Virgo  
se civi, eodem, quo ante culto sticie,  
eademque dicit, ius si que. At tunc,  
primam oculis post somnum apertis  
vidit, posse non magno labore verum  
a false seorsim, quando non plurima  
passione mare differet ab iusto: posse  
quatuorvis longalitora unius oculi  
obcuru sine sudore obiri, posse videri  
tot, tantisque trabes, si aliquibi hessi-  
sent. Ita rancum non sera plerumque  
bona consilia sunt. Itaque excusso pri-  
mo soapo, quem prima noctis vigilia  
conciliaverat, ad portum properauit  
videtque ad litus stage trabes. Gau-  
dium, ut sic metu mixtum, vertuit inire  
ignorum numerum, uenit inquirere,  
qui

qui eas nautæ appulissent. Recta agitur prosperat ad Episcopum, ac mediis nocte excitacut moneret adesse in portu tristes, jam sibi vias: agnosceret Virginis munus, nec ultra dubitaret. Romualdus, ut incredulitatem, si quae fuisset, Deiparae purgaret, nocte mediâ ante campano populus omnem ad supplicationem convocat, atque interfacies ad portum deducit, Virginis dominum, tristes accepturus. Et ecce, ipso in portu tristes ratis in formam (gentili lingue Madia vocant) contexatas, sine remige, sine aucta, Accurrere quâ primâ cù populo, qui Episcopo imperante, ratem straherent in terram: numeratae deinde tristes, una supra triginta, tantum non ab ipso exempli architecto ad mensuram excisa & numeratae. Summâ nocte pulsatis campanis concitatum non sine timore ignorantem populum, processionemq; institutam esse ab Episcopo, non

non parum improbarunt, quos civium aliqua, & civitatis cura tangebant. Fieri hoc non sine certo pragmatum, & graviter agrotantum pericolo, quos subiti timores semper affigunt, non raro interimunt. Potuisse incernes extra muros cives ab hoste opprimi, potuisse verbi ab igne creari excidium, potuisse expectari manu. Atq; ut tantum surgeret, non desiderium, implere locum omnium potuisse cum suis Progenitulam. Non a volitare utique, aut per mare restitutos tandem longitudinis trabes. Atque haec non tam imperita, quam non pie: nisi celum humanis intentibus influens ad ea plerumque urgeret, quorum causa non nisi in fine apparent. Sic intererat plurimum interesse processioni populu, & vel ideo maledicis truncata est obrectandi materia, quod Clerus non parvere rit, populisque ipse in rem venerit presentem, majus aliquid trabibus inventurus.

Etenim

Eoenim dum secantur viniq[ue], & facti è corticibus funes; ecce tibi abula in signam, quatuor palenos albam, tres latam, in qua coloribus de- picta Virginis Deiparæ Imago est visa, manu ( si tamen humana) peritissimâ. Vescitus, ut &c pictura, Greecam anti- quitatem spirat: & quia ipsa imagini bus, quas à S. Lucæ manu habemus, dissimilis admodum non est, plurimi fuere, atque etiam sacerdoti fuit, qui non solum conjectare se credant, opus es- se & Lucae. Virgo Filium sinistrâ tenet. Ad pedem Imaginis duorum videre est, quibus à tergo Monachorum Basiliæ norunt ritu cappa nigra dependet, unde tamen ( cetera si paria sint ) ar- qui non potest picturam esse Divo Lu- ca posteriorum, cum ipsa Lauretana Deiparæ Statua, cappâ nigrâ à tergo dependente, in hodiernum usque diem videatur. Ad dexteram quoque Graeca mulier ( quæcunque tandem illa sit ) vide-

videatur, quæ, quia modij palmi altitudinem non excedit, illa prudenter esse creditur, quæ picturam fieri cœravit, quam quæ in pictura cum B. Virginie colenda proponatur.

Tanti repente thesauri factæ Monopolis domina, quid alind pararet, quam triumphum? & commodissimis facibus per noctem absemptis in vicem successit post auroram sol serenusissimum invehens diem, ut illi servaret, quæ pulchra est ut aurora, electa ut sol. Jamque populus non difficulter in pompe dispositos ordinis colebat; cum Episcopus prehensam manus tabulam solenai ritu urbi ac novo templo infert, & aere principi imponit. Hic multis mensibus magno scolarum bono stetit: quibus portentosa beneficia pro cultu reddidit, & sibi miraculose imaginis titulum, uoménque promeruit. Tum, teatrabibis templo, aliaca in locum, ne opera-

operarum jacuiā offenderetur, è re-  
gione majoris portæ collocata est  
tantisper, dum ille pararetur, in quo  
perpetuam figere sedem debebat: qui  
tandem veruissimā architecturā in-  
signis Imaginem non sine solenni ritu  
suscepit. At Imago posterā luce ad  
priorem locum redit, bis tērve repe-  
tito portento. Non obscurè ab inqolis  
in celo ostium est, velle ibi Virginem  
sedem figere. Quapropter conjunctis  
operis illius; quam elegit Virgo lou-  
cum, magnō precio fecerunt illi pre-  
tiosum. Imago ipsa hodie auro de-  
corum sive cingitur, ut non aliī Virginis  
sit & filij videntur exire.

Miracula ipsa, quia rara non fung  
pro miraculis non habentur. Hoc ra-  
cūm: Virginem vestitam candido inter  
duos facigentes supra tutam visione,  
tetoplum suum ab hostibus defendi-  
se, & pilam testamento maiore ejusdam  
regessisse in jaculatorem, jam suo gelo  
intercurarem.

The-

Theſaurum & cimelia per viam ab-  
hata ſemel iterumque, ac tertium re-  
duxisse; ut divinitus factam ipſi pra-  
dones agnoverint, ac templum poſt-  
hac indehinc reliquesint.

Inventus eft tam audax e Clero  
quispiam, ut monilia e collo Virginis  
pendentia, quæ ſupe veneratione noſ  
ſangi ſolent, furto adſorre tentaret.  
Jānq[ue] non infeliciter, axulſa ſacco  
abſcondorat; veriſimiliſt, catena  
non ampli portam, quantumvis aper-  
ta, ſacrilegio iſſe noſ reperiit, parie-  
tibus in omnem partem temere im-  
pact? Felicula manu duceret alienan-  
tem tentavit; ſed & illi rampidiū à por-  
ta aberravit, dum conſueta Virgo  
reum, eſque ſuas habortem.

Fuit mæſter, quæ ſiliolo rotâ currūs  
ſordum in modum lacerato, & jam  
jam ad ultima adducto domi relicto,  
eum gemina noſ infimi pteſij ad  
templum properavit, Virginis munus  
pro

pro filij salute oblatura. Facto, ut credibile est, festinanter officio, dominum recurrat, & filium sanitati restitutum vidi. Filiolus super facto rogatus: Virgo, inquit, huic similis (simul imaginis, de qua loquimur, ectypon ad lecti spondam pendens ostendit) huc ingressa est, & levi alapâ faciem mihi perstringens: memento, inquit, fili quo tibi modo amissa redierit valtudo: simul foras se protipuit: nec multum hinc processerit.

*Ex narratione historica de B.V. de Maria civitas Monopolis, lingua Italica typis publicata: ex qua bac ad me. A. R. P. Ignatius Spinola.*



## XIII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
TREMITANA.

INSVLARVM maris Adriatici una est Tremitana, quæ olim à Rege Diomede nomen accepit, & Diomedea dicta est, nunc & rege, & regno, quin & nomine privata inconstantia humanae documentum idat, & à tremore, seu terra motu nomen haberet.

Fuit Diomedis olim nomen magnum, & Superis quoque odiosum: quis enim, Virgilio canente, noscit, quod dñm manet alta mente reposum Junonis odium & Diomedis equos? Nihil supereft: nūm fna summa & nomina in sumū, in auras abiēre locum data rra Deo, cui incolæ servirent in timore, & exūkarent in tremore. Et verò etiam ita servitum est, ut plerique incolæ, quâ essent origine natî, ignorarent, & auspiam de Diomede mi-

B. V. N.

L  
RACVLO  
TANA  
ris Adriani  
x olim i B  
cepir, & D  
t rege, de  
vata innotu  
num du & in  
tu nomen hunc  
elia nunc et  
que adhuc  
o cuncte, sed  
ante repulsa  
nec equos  
hunc & non  
cre locam  
virent in te  
more. Et  
st, ut plen  
vine nati, ig  
Diomedes



GAX/GF:



nisi sciretur, quām ubi Diomedes  
fuit.

Fuit prioribus sēculis, cum Eremi-  
ta, nescio unde, vel cuius, Insulam in-  
gressus, casam sibi ad eremi archite-  
cturam strueret, viveretque vitam.  
Superis acceptam, incolis utilem: is  
toties cū Superis colloquens, dignus  
quoque habitus est, quem Superi allo-  
querentur. Apparet itaque Virginum  
Regina, quā solet gloriā, & hominem  
primum, novo visu, territum restau-  
rat, tum etiam imperat, templum sibi  
hic loci strueret, & quidem magnifi-  
cum. Vir ad parendum placendumque  
Superis natus magis, quām factus,  
templa ædificasset Virgini milie,  
sed sive copiam Insulanorum, sive  
inopiam spectaret, sumptus tātae moli  
suffecturos non dispiciebat. Haren-  
tem ut vidit Virgo: vade, inquit, &  
illuc (locum hæc dicens indigitavit)  
sede, quōsque repereris thesauros, in  
                                  3 a     fabrice

fabricæ operas expende. His dictis, in  
cælum abiit illa, Eremita correpto  
ligone ad locum à Virgine monstrau-  
tum. Nec multum in viscera terræ  
itum est, quin lapis detegeretur se-  
pulchrali inscriptione nobilis, Dio-  
medem loquens, & fortunam eius.  
Remoto vestibus lapide, totus sine  
nominе truncus apparuit, ossa nimi-  
sum, quæ cuius olim fuissent, lapis  
loqueretur, cuius etiamnum sint, fer-  
vīne, an regis, nemo sciret, nisi & co-  
rona, & auri, argenteive tam fāci,  
quam infecti copia adfuisse, quæ re-  
gem deceret, proderētque. Atque ut  
de ossibus, cuius illa fuerint, litem non  
moveam, cor Diomedis in loco fuisse  
certum est, si cor hominis est, ubi the-  
saurus est. Rem universam, quibus  
oportebat, aperit Eremicola, subdu-  
ctisque rationibus deprehensa est,  
in prægrandis & venusti templi per-  
bellam fabricam sufficere repertam  
gazam,

gazam; quin à piorum quoque liberalitate, iisque præsertim, quos voti reos Virgo misericordiæ suæ fecerat, auctæ etiam in asceterium se extenderunt, quo S. Benedicti alumni alerentur, temploque præcessent. Ita Virgo Filium imitata jubet, quod vult, & dat, quod jubet. Joann. Baptist. de Albertis lib. de Imaginib.

B. Virginis Miraculosis in Italiam.



## XIV.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
AD S. CELSVM  
MEDIOLANI.

**N**OTVM est Ecclesiae fortissimi adolescentis Celsi nobile Marti-  
tyrium, quando Mediolanensis virtus vel in pueri tanta eluxit, quam pauci expectarent a viro. Jacuerunt sepulta tanti Martyris reliquiae ad portam Ludovicam; jamque memoriam suam perdiderant, & laterent adhuc, nisi tantae virtutis honor Superis cordi fuisset. Itaque D. Ambrosius acceptis e celo mandatis, locum accedit, & uniuersum cum S. Celsi Martyris corpore etiam S. Nazarij reperit. Asportatae in aliam urbis partem reliquiae sacre honore suo fruuntur, sumptuosae molis templo aedificato. Sed loci quoque, in quo Sanctus tandem quievisset, interire memoria non debuit.





debuit. Eapropter Majores olim columnam ibi è lapide lateritio crexere, picta D. Virginis Imagine exornatam, additum quoque post SS. Reliquiarum inventionem est sacellum, ex quo Landulphus Porrus Archiepiscopus Mediolanensis fecit templum, junxitque Coenobium D. Benedicti alumnis, quod anno 1550 ad Canonicos Regulares S. Salvatoris transiit, à quibus excisa cum Coenobio bellorum tumultibus pietas est restituta. Quin & à Mediolanensibus sic auctoritate est, ut tunc lente molis maxima surgere templum, & in summo eius Altari ponatur hæc, de qua setno; Imago Deiparæ, clatis ferreis jam olim defensa, ne quid detrimenti caperet; & velo tecta, ne frequentius conspecta abiret in contemptum; quando hominibus chara esse non solent, nisi rara. Fuere miracula multa semper, & magna, quæ Deipara hic loci per-

travit, ceterum non magnopere, diversa ab ijs, quæ passim per urbem alibi quoque fiunt. Vnum est, quod pietatem Mediolanensium jam olim in hanc Imaginem summam altius evexit, & ultrà, quam credi potest, auxit, quando jam olim anno 1485, 20 Decembris, cum Joannes Petrus Portus Antistes ad dictam Imaginem sacrificaret, præsentibus è populo Mediolanensi testibus à Deo ad hanc tem designatis, apparuere duo cælestes. Genij, nemini non è præsentibus conspicui, qui, quâ in Reginam suam sunt reverentiâ, siparium, quo tegebatur Imago, removerunt.

Quid Angelos memorem, quos è celo esse, & odorum inusitata fragrantia prodidit, & cælestis venustas. Atque ut hæc non fuissent, Imagini tamen exhibitus ab eis cultus, &c, quæ sentiebatur ex eorum aspectu lætitia, nullam falsæ visionis relinquebant, suspicionem. Ad-

Adhac ipsa Virginis Deiparæ forma, picturâ illâ non paulò augustior, decore suo intuentium in se oculos, jam neglectis Angelis, rapiebat, radiosque ex oculis eiusmodi vibrabat in intuentes, quibus corda non leviter ferirentur, nullo vulnerum dolore, nisi quem de peccatis oriri contigisset. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis! O quam multi voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt? Quis adstantium fuerit sensus, non habeo dicere, quando nec lingua potest dicere, nec littera exprimere, & non nisi expertus potest credere, quid sit JESVM diligere, & MARIAM videre. Hinc in hac usque tempora tanta Mediolanensium in hanc Imaginem est religio.

*Dubitare de re prudentem non finit testium multitudo, & res ritu, quem jura poscunt, posteritati tradita. Felix*

E S Aiel.

106 IMAGO B. V. M.

Astolphus Canon: Reg. S. Salvatoris (è  
cujus bift. univers. bac scribo) affe-  
rat, vidisse se viginti octo testium sub-  
scriptas miraculo syngraphas: qui omnes  
sacro illi Missa sacrificio interfuerunt,  
¶ unà cum calestibus Genijs fa-  
ciem Virginis Augu-  
stissima intuiti  
sunt.



XV, IMA-





G.A.W.C.

## XV.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
CARAVAGGIANA.

CARAVAGGIUM ditionis Mediolanensis oppidum est. Hic quidpiam accedit, unde fæminæ à maritis afflictæ solatum petere, & expectare possint.

Joannetta Petri Vacchij agricultoræ filia, Virgini Deiparæ à prima ætate addictissima, in matrimonium sive locata, sive collocata, & Francisco Varolo homini, ne quid deterius dicam, impio & scelesto. Errorem parentum luere debuit filia, quæ & matrimonium hoc non nisi à parentibus coacta contraxit, & omnia alia semper quam nuptias spectavit. Etenim, ubi apud furiosum, & sui impotens maritum, contumeliosa cessarunt verba, ventum est ad verbera. Ec hac lege vivebatur quotidie. Nec

E 6 nova

nova fæminæ ullo die videbantur verbera, nisi quando novo fuste inflata acerbius miserae incumbebant. Hi nempe seculi nostri mores sunt, ut dos fæminæ locò in uxorem duarur, fæmina dotis locò accipiatur. Quid ageret fæmina nunquam non auxilij indiga, à parentibus vendita, ab amicis relictæ, à marito ultra modum afflcta. Quomodo maritum nulla comitatem emendabilem corrigeret? Servis ad remum damnatis ipsa flagitia majores poenas promerita, solatium porrigunt, & quandoque etiam inter verbera risum cident. Innocentibus hoc solatium à verecundia, & honestate subtractum est. Itaque non nisi è cælo vel peti, vel expectari potest. Fecit hoc Joannetta, MARIAM identem in ore, in corde habuit: cum verbera maritus cumularet verberibus, illa spe tota MARIAM respexit, MARIAM invocavit. Atque una præfertim die, quâ

quà maritus in rabiem actus duplicavit vxori annonam, quam ne etiam triplicaret, acceptà falce, gramen intus domesticos secatura domo sc̄ jam saturata verberum proripit, digestura tantisper tam grandes bolos, dum maritus rediret ad mentem, ipsa domum. Jamque inter lamenta & lachrimas cælum suspiciebat centies, & MARIAM millies invocans, mortem in votis habebat. Quingentos omnino passus distabat à domo locus gramine secando destinatus. Ibi cum lachrimis tam diu faciebat opus, donec vesper domum revocaret. Itaque redit: at quo animo, quóve desiderio videndi maritum? Jam in conspectum domūs venit, cuius memoriam nulla unquam posset delere oblivio: jam nondum emensa campum, pugnos & fustes non sibi parari, sed incumbere sensit: tanqùm potest futuri metus. In genua itaque provolvitur, & totum, quod

E 7 videbat

videbat, cælum invocat in unius casæ auxilium, & Virginem Deiparam solito calidioribus votis ad opem sollicitat. Ut tarda quandoque, certa tamen sunt Cælitum auxilia, & præ alijs in tempore veniunt ea, quæ à Virgine Deipara expectantur. Necdum surrexerat, finieratque preces, ecce stabilis ipsa astat Deipara, pluraque spondet, quam ipsa postulasset. Iret insuper, nunciaréque populo Caravaggio, hunc locum fore gratiatum. Quid expectas lector? Aruerunt subito lachrimæ, &c, si hoc magnum tibi non videtur, quia in fæmina novum non est, mirare lachrimarum in vicem erupisse è loco fontem, qui, licet originem traheret à lachrimis, scaturiginis tanten suæ immemor, &, si vis, etiam degener, nihil amarum vexit; nam ad fæminæ vocem (quæ sufficiebat) populus quam primùm excitus, ut spectavit portentum, repertus

pertus est, qui febrium ardorem, sitimque pio haustu mitigaturus, sitim, calorem, febrim haustu nō amplius uno extinxit: quem ceteri, quorquot oppidum habuit ægros, secuti, stupuerunt ineram aquam tam multiplici malo, tamque citò medicinam tulisse. Autrum, quod ægri medicis, chirurgis, pharmacopœis destinaverant, in templi fabricam impensum est, quod pāj incolæ accolæque paulò post exstruxerunt. Si quæras, quod ex omnibus miraculum ibi contigerit maximum, Joannetta suum esse dicet, quæ ualægra nunquam fuerit, esse tamen sana sub tam vœfano marito nunquam potuit.

Anno 1435, die, ut putatur, 26 Maij, quo festus templi dies celebratur, res ea contigit, qua coniecturam prebeat, nolle Deiparam, ut hoc die, vel iustio, homini male sit; etenim ad securissimam

damnato, alijs aliisque modis dejecto  
 fatali ferro, truncari caput nequijt.  
*Hinc* bodieque observatur, ut eo die ne  
*Iustitia* quidem ipsa contra quempiam,  
*funestum* quid & ferale decernat. Ita  
*Ioannes Baptista de Albertis* in suis mar-  
 rationibus de *Imaginibus quibus-*  
*dam B. Virginis Miraculosis*  
*per Italiam, Italice*  
*typis editis.*





16



GAGF.

## XVI.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
TIRANENSIS.

**V**T personarum acceptores Cælitæ non sint, loci tamen mira apud eos consideratio est, in quo loqui cum hominibus dignentur.

Placuit præ alijs Virginis Deiparae in Valle Tellina oppidi, quod Tiranum appellatur, accola Marius, quod HOMO Dei non nominaretur modo, sed & esset. Huic locutura, domum accedere dedita est, in qua forte non tota æquè familia, ac patronus Superis placeret. Hortum igitur inter virgulta, tantum non silvescentem, vicinum tamen easæ, quam Marius incolebat, colloquio destinabat Hortulanæ Mater. Eam in rem Angelis suis mandavit de Mario, in manibus eum portarent, ne forte offenderet ad lapidem pedem suum. Sensit ille

sc

se in aëra tolli, auferri, deponi in horto, nullo metu, quia nullo periculo: modus ipse & vecturæ conditio Cœlitum operam arguebant, quantumvis neminem videret, audiretque, immo nesciret, quâ potissimum corporis parte prehensus duceretur, vehereturque. Sed nec mihi mirum est, nec illi difficile, qui totam Domum Nazaretanam per maria tulit, etiam casæ unius incolam, quo liberet deferre. Depositus itaque horto in illo Marius expectati se vidit à B. Virginé locutura, si auditorem tantis dignum misterijs nacta esset. Marium igitur in genua provolutum, vultu, quo suos solet, intuita: vade, inquit, & Tiranensi populo nuncia, velle me mihi hoc in loco ab ijs fabricari templum. Dubitantibus, & signa petentibus fidem facito fratris sanitatem, quem heri à medicis depositum, & hodie tantum non conciamatum, salvum sanumque pedibus

pedibus consistere, nullo morbi reli-  
 cto vestigio, dices: facturos optimè, si  
 crederent, atque imperata quām pri-  
 mām exequerentur; secus si agerent,  
 pestem, quæ nunc animalia affligit,  
 grassaturam in homines. His auditis  
 Marius solum se esse vidit, quia Vir-  
 go ex oculis ablata est. Spem itaque  
 & metum inter, oppidum ingreditur,  
 visa à se auditaque civibus attonitis  
 enarrat, significat pestis in homines  
 grassaturæ minas, subjungit fratri  
 redditam postliminiò valetudinem,  
 quæ visa velut edito signo confirma-  
 ret. Visurus itaque verbum hoc (nam  
 ex horto quāntocyus Tirani versus  
 cucurrit) non sine multis comi-  
 tibus, festinato itinere, domum pro-  
 perat, è qua in vestibulo Bernardum  
 (hoc fratri nomen) obvium, sanum,  
 salvumque habuit, vix morbi, dolorū  
 rūmve memoram. Crediderunt Ti-  
 ranij, quia viderunt, & sibi, suisque  
 consul-

consulturi, quod Deipara imperavit templum, comportatâ materiâ, construxerunt. Hæc tantorum, quæ sequuta sunt, hodiéque sequuntur, miraculorum origo est. Ita Simon Cabasso in hist. huius Ecclesiæ typis vulgaratâ.


**DALMA-**





DOMINA SALVATORIS MAGNA CONSERVATRIS  
DALMATIA.

## XVII.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
IN BRENO.

**Q**uis modis calcaneo Deiparae insidietur serpens infernus, sa-  
piens docui: quo verò Virgo caput eius conterat, unde doceam, ex ipsa Dal-  
matia affero. Felix ab antiquo, & o-  
pulenta vrbe, Ragusium, anno post  
Virginis Partum septingentesimo o-  
ctuagesimo nono vidit non sine hor-  
rore monstrum appulsum, ingens  
horrendumque ex Oriente, draconem  
dico, in ipso Epidauro monte conse-  
disse, non plùs duodecim millibus pa-  
ssuum ab vrbe. Terrorem non vanum  
secuta strages hominum. Quis enim  
innoxie draconem præteriret? aut  
quem præteriret transiuntium ipse  
draco non offendit? Atque ut ipsa  
qua-

quandoque bestia, sive jam saturata, sive in rem suam negligentior, prætereuntem quempiam è mille unum neglexisse, viatorem tamen stitit ante speluncam pavor, ipso dræcone prior. Nec aliis præter hominum carnes sapiebat cibus, quos ipsos quadrupes animantium ritu discerpos, tantum non intactos deseruit exigua parte exempta. Ita quām plurimi viri in diem sufficiebant farciendæ bestiarum in mensem populus parandus erat. Affixit tanta unius belluae famē totam Dalmatiā, urbem Raguseam, tantum non exhausit, nemine uno invento, qui integro quatuordecim annorum intervallō reperiret armorum genus, quo interfici posset Dalmatiae hostis. Danielem redivivum optabant, qui porrecto bolo disrumperet tantam voraginem. Aequū ut capillorū abunde, picisque etiam Græce adficeret plurimum, nec dicesse, qui datur.

Etè coqueret, sive res saccharum po-  
 sceret, sive absynthium; quem fu-  
 turum, qui polentam ad specum de-  
 portaret, quique bestiam hortaretur,  
 invitareturque ad escam? Actum, ut  
 dixi, totis quatuordecim annis om-  
 nino nihil. Itaque Ragusei debellare  
 bellum statuere ritu, quo contra pe-  
 tem solemus, id est, fugâ: jämque no-  
 nas sibi fedes undique ab urbe dilapsi,  
 vel quæsierunt, vel certe mente con-  
 ceperunt. Cum ecce anno 802, ho-  
 minem Raguseis Oriens misit, qui  
 tantum catenos homines virtute an-  
 teibat, quantum draco cateras ani-  
 mantes levitatem. Is in Breno ad flu-  
 minis ripam sex ab urbe passuum mil-  
 libus, comportatis in maceriam faxis,  
 die non amplius uno casam constru-  
 xit angustam, & humilem: rectum ex  
 implexis arborum ramis, apta igni  
 materiâ, superimposuit. Acole Spila-  
 senses, & Graduziani, visa repente

aqvâ

novâ fabricâ imperiti, ut credebant,  
vel nautæ, vel pîscatoris opus, moni-  
turi de periculo hominem, sequenti  
mane veniunt, visumque veneranda  
canitiei Eremitam venerantur, do-  
mum quisque suam offerunt, & de  
periculo quam fidelissimè moment.  
Subrisit senex, auditis trium ferè lu-  
strorum annalibus, nō sine metu etiam  
præteriorum anxiè recensit. Et, non  
ego, inquit, draconem hunc metu,  
sed nec, quæcumque demum sint orci,  
ad terrendum inventa, me terrem.  
Quin ite Ragusium, civibûisque de-  
nunciate, advenisse hominem, qui  
draconem velit interficere, siquidem  
ipsi credere, & obedire præceptis Dei  
promittant. Risere agrestes tam ci-  
viliter loquentem, & sive simplicem,  
sive contumacem deseruere, certum  
draconi pabulum. At verò, ubi poste-  
ro die redierunt, vivumque simul præ-  
ter spem ac incolorem senem depre-  
hende-

henderunt; largius hominem cum admiratione venerantur, & ne quid incultius, ut pridie, eloquantur, tacent. Quibus ille fidem dictorum suorum iterum iterumque inculcat, & jubenti propior, quam suadent: ite, inquit, ad Raguseas urbis processos, quæque audistis, referte. Imperio senis persuasi, fidem inter & spem, jam medijs Ragusium properant, sedem, & senis verba ad superstitionem usque extollunt. Magistratus non parum agrestibus cultior confessim, religiosissimum quemque, atque cum ijs tres è proceribus, prudentia conspicuas, legationis in morem ad Esmitam destinat. Hi omnia sancta infene vident, miranturque, ac salutannm nomine publice rogant, cuias fin, quid has in terras tanto in senio hominem compulerit; ad urbem invitant, ferociam draconem, & periculis suiam augent: dignetas proinde urbem.

bem subire, & sua virtute afflictos erigere. Quos ille benignè exceptos auditosque, & ponere metum jussos sic est allocutus. Ego vivendi genere sum Eremita: nomen mihi Hilarion: atque utinam dignus tanto sum nomine: ab ultimo usque Oriente à Iesu Christo ad vos missus sum, ut afflictam eum vicinia urbem à dracone liberem; siquidem Christo credere, eiusque preceptis obediens velitis. Tum illi se Christianos esse, & Christianorum virtutum veros estimatores: & siquidem Christianus ipse esset, non difficulter visurum, nimis quam primum esse in haeresin precipitum, ubi vel in uno à vera Fide fieret secessio. Verum est, subjungit senex, vos Christianos esse. At vero, nisi promittatis tales vos futuros, quales ego jussero, à dracone non libertabimini. Regressi in urbem legati venerandam sensi canitatem, virtutem non fictam impa-

impavidi pectoris, sincerum peticuli contemptum, & quæ à Raguseis exigeret ipse, quæque Ragusium ab ipso expectare posset, longa oratione infrequentissimo senatu denarrant. Unde non post longam deliberationem publico nomine, quatuor è primis, non paucioribus mille viris stipati, ad senem alegantur. Quem venerati largissima sponsione reipublicæ nomine promittunt, nihil ab ipso imperatum iri, quod ipsi facturos se perlibenter non reciperent. Juberet proinde, & experimentum capere promissorum.

Tum senex bene sperare jussos, verbisque erectos è surculo primùm, quem in tuguriq. absconderat, jubar parare Crucem. Nec defuere, qui ope-  
re tumultuario non inconcinnè duos è surculis committerent. Hanc ille primùm unà cum populo positis genibus venerabundus adorat: tum altis-

E 2 sima,

simâ, quâ licuit, voce ter cælum verberat, misericordiam inclamando: quem populus non invitus ter quoque clamantem e& infecutus. Denique dictâ ab omnibus preicatione, Dominica, Salutationem quoque Angelicam, honorandæ Virgini, subjunxit, ut stygij serpentis caput ipsa conserret. Vbi sic oratum est, manuum alteram Cruce armat, alterâ baculum prehendit, petramque cum quatuor nautis cymbam concendit, atque ad ipsum usque draconis specum in Epidauro monte properat, trepidantibns nautis, & portunn, quem perebant, attingere metuentibus: quos tamen ille verbis erectos appellere jussit, & religatâ tantisper navi praefleari, dum revereretur. Tum arreptâ Cruce pedem figit in littore: nec multum inquitendo cunctatus rectâ speluncæ hiatum petit, mirantibus socijs, unde homini tanta esset locorum peritia,

«itia. Tum voce, quam etiam non pa-  
rūm hiac dissiri nautæ possent intel-  
ligere: audi, inquit, bestia: per Iesum  
Christum tibi impero, sine noxa cuius-  
quam egredere, & ad me servum Dei  
accede. Vocem jubentis promptissime  
secutus draco, ad domesticarum usque  
animantium invidiam, ad pedes senis  
confestim se sistit, à quo cervici injec-  
to cingulo, ad navim ducitur: quā  
ipse senex consensu, religato ad pup-  
pim cingulo draconem per aquas tra-  
hit, multa metuentibus nautis. Interea  
littus, quod spectantium distincti or-  
dines verrerunt in theatrum, non sine  
omnium admiratione attingunt.  
Tunc intrepidus senex, cingulo in  
terram trahit diffuentem racu: &  
trementem bestiam, & rugario-inclu-  
sam, suctjedat flammam cum domo  
jam non suā, in cineres comburit,  
attonitis, quotquot prater cives Ra-  
gusium habuit, accolis. Postquam

z z flamma

flamma cum pabulo suo abiit in an-  
 ras, concionabundus senex, altiore  
 ipaulò celsitate consenso, non petitā  
 ab iis benevolentia, quos tanto jam  
 portento sibi conciliaverat: non est,  
 inquit, hic draco de ijs animantibus  
 una, quas Creator Deus fecit, sed unus  
 è spiritibus, quos ignis tener, atque  
 idem ipse, quem olim ex Epidauro  
 Achaiis Aesculapium sub simili ser-  
 pentis specie Romani, Romam usque  
 superstitionis impensis, in pestiferę  
 suis remedium adduxerunt. Hunc, in-  
 quam, hunc ipsum iterum divinos  
 honores affectaturum in Epidauro  
 tribus pæne lustris hospitem habuistis.  
**Agite Christo gratias**, cuius virtute;  
 agite gratias Virginī Deiparæ, cuius  
 precibus liberati estis. Inde ad ea pro-  
 gressus, quæ veræ Fidei puritatem ob-  
 scurabant, Ragusium cum tota vici-  
 nia utilissimè eruditivit, ac in meliorem  
 virtutis formam refudit. Illi, ne rei  
 mem-  
 2

memoria périret, néve grati animi  
monumentum desiderarent posteri,  
structo Virginis Deiparæ templo, anti-  
quissimam Imaginem intulerunt, quā  
hodiéque miracula frequentissima  
toti viciniæ faciant venerabilem.

*R. P. Iosannes Baptista Tartaglio R.  
Ancon. ex M. S. veteri, quod  
Ragusij servatur.*



F 4 SICI-

★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★  
S I C I L I A

XVIII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
DE LITTERA  
MESSANÆ.

**H**ABET Sicilia, in quo eum Syria  
deoeret. Etenim Abagatus Edes-  
sæ Dynasta, scriptâ Servatori Epistolâ,  
meruit ipse quoque rescriptâ à Chri-  
sto epistolâ salutari. Fecissent non-  
inferiora Messanenses, si per immensa  
locorum intervalla famæ concessum  
fuisset, tam citò manifestare Christum  
in urbe Messanâ, quam fecit in Edes-  
sana. At verò, ut etiam in secundis  
consistere semper pulchrum fuit, ita  
Messanensibus ante alios solis conti-  
git, litteris, si non à Christo, quem-  
jam cælum suscepserat, certè à Chri-  
sti Matre Virgine salutari. Rem o-  
lim certissimam antiquitas more suo  
nomi-

MP

REPORT

OF

ΕΙΗΘΟΩΣ





non nihil obscuravit, & apud invidos  
dubiam reddidit. His tamen annis  
duo è Societate Iesu Scriptores, R. P.  
Melchior Inchofer Germanus, & R.P.  
Paulus Belli Siculus clarissimè illu-  
strarunt, & antiquæ fidei sic restitue-  
runt, ut nemo supersit, qui hac in re  
Messianensibus litem movere possit.  
Ego rem solus, & quidem breviter  
enarro, ut, quæ miraculose Imaginis  
*De Littera antiquitas simul & esti-  
matio fit, intelligatur.*

Post receptum cælo Servatorem,  
statim ac propagandæ cura salutis  
Apostolis incumbere coepit; suas quis-  
que partes, induiti virtute ex alto,  
Apostolicâ fortitudine implere, pera-  
gratisque varijs orbis partibus lumen  
Evangelij non inferre modò, sed etiam  
animos hominum vehementius ad  
pietatem Christianam cooperunt in-  
flammare. Jamque ijs quoque in locis,  
ad quæ Apostoli ipsi nondum deve-  
lerant,

nerant, Christi nomen non obscure divulgatum erat: scilicet quem nova stella natum portendisset, quem silentio oracula, adoratione Orientales Magi essent venerati. Neque latere poterat perturbatio Jerosolymæ, Infantum insana cædes, Herodis misericordia interitus. Quid dicam de miraculis Christi, de solis deliquio, & terræ motu universæ. Neque occulta erant monumenta publica, quæ Romanæ perlata, urbem & orbem impleverant. Denique palam erat pecularis præsidis Pilati narratio ad Tiberium missa, quam Hegesippus in Anacephalœsi refert: in qua non modò Christi ac Virginis inducitur mentio, verum etiam vitæ, miraculorum, invidiæ Judæorūm, Judicij, Mortis denique, ac Resurrectionis catastrophe perspicue ob oculos ponitur: quis denique etiam Virginem paritam ignorabat?

Atque

Atque ut hæc ante Apostolicam do-  
ctrinam orbi pene toti ianotuerint,  
Messianensibus obscura esse neutiquā  
potuēre. Quis enim credat exactis è  
Iudea plus quam quindecim virorum  
millibus, qui docentibus Apostolis in  
Christū crediderant, ijsdēmque, & alijs  
atq; alijs in Asiam atq; Europam com-  
migrantibus, non aliquos extitisse, qui  
Messianam concesserint, famāisque  
Christo & Virgini fecerint; quando  
non minima pars exulum in Cyprum  
priùs adducta, inde verò plures quin-  
gentis Carthaginem Hispanie missi,  
Messianæ portum non poterant præ-  
terire. Quid dicam de Synagoga Li-  
bertinorum, quam è Siculorum juvene-  
tute studiorum gratiâ ad modum Col-  
legiorum Romanorum coaluisse Je-  
rosolymis, refert Ribadeneira in vita  
S. Stephani? Credi certè non potest  
ignorasse Siciliam, quæ Jerosolymis  
contigerant, aut quæ Sicilia sciebat,

igbo-

ignorasse Messanam. Quid de Sibylla Cumana dicam, cuius carmina Messanæ tantum non in trivijs cantabantur?

Interea novis nuncijs intellectum à Messanensibus est, Rhegium in Calabria, unum è primis, Paulum nomine, pervenisse, qui famam, quæ dudum prævolaverat, dictis factisque confirmaret. Commendabant præterea Paulum soperata recentis naufragij pericula; sed præcipue Publij Principis insulae Melitæ conversionem, ibidemque patratus virtutes, quibus opinione vulgi iterum velut Deus aliquis effebatur. Hinc factum est, ut Messanenses aspectu tanti viri, velut è calo delapsi, frui, ex eius ore pendere, ad eius nutum aras & focos statuere, sed præsertim pleraque lecta, & audiæ de Christo ac Virgine peravidè scitati peropearent. Quapropter, ut antiqua, & evidentibus nixa argumentis fama tradit, Messanenses accitum è Cala-

et Calabria Paulum honorifice primum  
exceperunt, & ad discendum parati  
attentissime audierunt. Is duabus non  
amplius concionibus, duobus sine in-  
tervallo diebus dictis, populum uni-  
versum, nemine uno contradicente,  
ad veram Fidem traduxit; primâ et-  
enim die de Christi Servatoris Passio-  
ne, secundâ vero de B. MARIE Virginite,  
& Incarnati Verbi Mysterio ser-  
monem fecit. Quibus auditis Messa-  
na universa, ubi hæc Deipara Virgo  
degeret, afflictum rogavit. B. Paulus Je-  
rosolymis morari, & adhuc vivere  
dixit. Itaque gaudio gestiens Messana  
legatos Hierosolymam misit: qui pra-  
missâ oratione B. Virginem Vrbi suæ  
Dominam legerunt: & illa sanctissi-  
mis manibus, Hebraicis litteris, Pa-  
tronam se fore perpetuam rescriptit.  
Sed ne lectorena morer; ecce ipsam  
Epistolam!

MARIA

MARIA VIRGO, JOACHIM FILIA,  
 DEI HVMILLIMA, CHRISTI JESV  
 CRVCIFIXI MATER, EX TRIBV  
 J V D A, STIRPE DAVID, MESSA-  
 NENSIBVS OMNIBVS SALVTEM,  
 ET DEI PATRIS OMNIPO-  
 TENTIS BENEDI-  
 CTIONEM.

VOS OMNES, FIDE MAGNA LE-  
 GATOS AC NVNCIOS, PER PV-  
 BLICVM DOCVMENTVM AD  
 NOS MISISSE CONSTAT. FILIVM  
 NOSTRVM DEI GENITVM, DEVVM  
 ET HOMINEM ESSE FATEMINI,  
 ET IN CÆLVM POST SVAM RE-  
 SVRCTIONEM ASCENDISSE,  
 PAVLI APOSTOLI ELECTI PRÆ-  
 DICATIONE MEDIANTE, VIAM  
 VERITATIS AGNOSCENTES. OB  
 QVOD VOS ET IPSAM CIVITA-  
 TEM BENEDICIMVS, CVIUS PER-  
 PETVAM PROTECTRICEM NOS  
 ESSE VOLVMVS, ANNO FILII  
 NOSTRI

NOSTRI XLII. III. NON:  
JVNII. LVNA XXVII. FERIA V.  
EX HIEROSOLYMIS.

MARIA VIRGO, QVÆ SVPRA.  
.HOC CHIROGRAPHVM APPRO.  
BAVIT.

Et verò tam recens à Gentilitate,  
pietas honosque habitus Virgini haud  
sine pretio stetit, ac dignitate postero-  
rum, quando ex eo tempore Messa-  
densium res domi forisque steterunt,  
ipsa vrbe, vel in sexcentis vicissitudi-  
nibus caput semper extollente, ut  
quæ antiquitate pâne cæteris Europe  
vrbibus præstaret; nobilitate, tot pri-  
vilegijs aucta, nulli cederet. Hodie  
religione quoque, ac Deiparae Virginis  
cultu par summis, secunda certè vide-  
ri possit nulli. Sacellum, quod ex nu-  
cupatione dictæ Epistolæ vulgo Lit-  
TERII appellatur, Deiparae jam à pri-  
mæ

136 IMAGO S. V. M.  
mis saeculis sacrum, tametsi ipsa ve-  
tustate magis religiosum sanctumque  
haberetur; nunc tamen 1629 atque  
ipso die tertio nonas Junij, festo Epi-  
stolæ, recentioris etiam structuræ ope-  
rosâ simul ac magnifica designatione  
coli cœpit augustius. Imago ipsa reli-  
quarum omnium, quæ deinde varijs  
modis picta sculptaque est, est anti-  
quissima, & in mira veneratione. Com-  
muni fide creditur esse opus S. Lucæ,  
Græcâ hâc epigraphe insignis:  
**ΙΗΩΡΓΟ ΕΠΗΚΟΟΣ.** *Velox An-*  
*sculptrix.*

Templum Virginis Assumptæ ere-  
ctum creditur primum à Messanensi-  
bus, hodiéque Festum hoc à Messanen-  
sibus ita celebratur, ut memorès eos  
scriptæ Epistolæ, & gratos ipsum ca-  
lum fateri debeat: nimis enim quo-  
annis per urbem, Virginis in sublime  
abeuntis, ac civitati benedicentis si-  
mulacrum, tanto incolarum accol-  
erūnque

tumque celebratur concursu, ut in unam coaluisse plures tribus videantur. Cogit neimpe eam frequentiam, tum ipsa Virginis precipua religio, tum curiosus quidam ardor spectandi machinam praetulsa, ferreis statu minibus artificiose compactam : cui prominentiores clavi inditi, laminisque violenter accurvatis muniti, valios efficiunt axes, circulis converteridis idoneos in quorum radios, cum ephebi nobiles mira quadam dexteritate sese induant, vi ponderum test evolvere conantur, tolluntur in aktum, et quabiliq; gyro placide labentes, perpetuo commendant in orbem, circulis nunc pronis, nunc supinis, rectis, obliquis, una conversione circumactis, miraque distributione sese invicem arcentibus, ne corpuscula puellarum implicitentur, qui eodem semper situ, velut infixi, revolvuntur. Sunt verò hi ( si Apostolos

musica)

musicis concordem Sepulchrum Virginis  
 in medio pyramidis celebrantes  
 adnumerentes ) omniū centum & quin-  
 quaginta, specie, habituque Angelorum  
 decori, caterva triumpho Virginis addicta, Reginæ in celum ab-  
 cunctis elegans famulitum. Altitudo  
 totius pyramidis quinquaginta qua-  
 tuor spicamā majores palmos equat,  
 ac præter centum & quinquaginta,,  
 quos dixi, homines, in ipsa basi, quæ  
 novem palmos alta est, à ducentis  
 bajulis summam, facilitate promove-  
 tur. In summo machinz fastigio ipsa  
 Virginis anima Christi sui Nati, velut  
 in sublime efferentis, extensam palmam,  
 decorè adeò sustinetur ; ut amictus  
 candido puellulus, purissimi Spiritus  
 symbolum, totus in modum fese per  
 inane liberantis, ac sponte in sublime  
 abeuntis gestum compositus, vix plan-  
 tulā, vel summo pedis digito vesti-  
 gium in palma sustinentis videatur  
 exsigna-

exsignare. Is cùm subinde firmato succollantium gressu carmina quædam voce ad pietatem inflexâ depremit, ijsdémque civitati, Crucis signo formato, bene precatur; tantus repente cietur populi piè admirantantis strepitus, ut curiositate in religionem conversâ pauci sibi temperent à lâcrintis, subeunte nimis animos omnipium vivacissimâ turent olim promissæ memoriâ: quâ si non aliunde fama loqueretur, hoc insigni spectaculo pietas ipsa per se satissimè comprehendaret.

Olim etiam ab universo populo Messanensi facta hoc die collectio pecuniaria ingens donativum fuit. Atq; ij quidem qui suo censu vivebant, censum diei unius, cæteri, qui labore viatum comparabant, tantum contulerunt, quantum unius diei lucrum erat. Atque hoc totum libentibus animis Virginis Assumptæ gratiam Epistole scriptæ

scriptæ referentes Messanenses eo dilecte  
congerebant: cuius laudatissima li-  
beralitatis etiamnum vestigium ali-  
quod superest.

R. P. Melchior Incbofer Germanus, in Epistola defensa Messana im-  
pressa. R. P. Paulus Belli Messanensis, in Gloria Messanensis, Messana im-  
pressa. R. P. Placidus Samperius Mes-  
sanensis, in Iconologia Mariana Mes-  
sana impressa: omnes tres e Societate  
JESV.

Ad extremum lettori, ut spero & in-  
gratius non eris, si subiungam Com-  
memorationem, quam civitas Mes-  
sanensis omnibus Religioformi templis, in  
omnibus Congregationibus & Confra-  
ternitatis, locisque pijs, ubi pij populi  
concursum est, quotidie recitat, eo pre-  
fertim in templo, in quo publica per un-  
iversum quotidie eam precatio, exposito Ve-  
nerabili Sacramento, instituitur.

ANTI-

## ANTIPHONA I.

**M**emento Domina promissionis tuæ antiquæ, quam Messanensibus omnibus fecisti, cùm per amantem Epistolam ad illos scripsisti manu propriâ in hæc verba dulciora super mel & favum, &c.

## ANTIPHONA II.

**S**ub tuum ergo Præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, Salus nostra, unica Spes nostra, Corona gloriae nostræ. De cuius Patrocinio & Benedictione gloriamur, cuius perpetuae Protectionis pignus accepimus. Cujus misericordiam suppliciter imploramus: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloria & benedicta.

**Y.** Ora pro nobis sancta Maria, Advocata Populi Messanensis.

**R.** Ut digni efficiamur Benedictione Tua, & Promissionibus Christi.

**OREMVS.**

ORATIONES.

**D**efende, quæsumus Domine,  
 Beatâ MARIA semper Virgine  
 intercedente, istam ab omni adversi-  
 tate Civitatem, quam Pauli Apostoli  
 prædicatione mediante viam veritatis  
 agnoscere: Beati Petri auctoritate in  
accepta fide confirmare: Eiusdémque  
Genitricis Filij Tui benedictione; &  
 perpetua protectione munire voluisti:  
 & toto corde tibi prostratam ab ho-  
 stium propitiis tuere clementer insi-  
 dijs. Et concede, ut, sicut illa te dictan-  
 te, ad nos scripsit de terra: ita & ipsa  
 apud te interveniente in libro vitæ à  
 Te adscribi mereamur in celis. Per  
 eundem Dominum &c.

**P.** Dominus vobiscum,

**R.** Et cum spiritu tuo.

**P.** Benedicamus Domino.

**R.** Et Domina.

**P.** Deo gratias.

**R.** Et MARIA.

Et

Et fidelium animæ per misericordiam DEI, & intercessionem sanctissimæ Matris DEI requiescant in pace.

R. Amen.

Laus DEO Vni Trino.

Laus CHRISTO Homini DEO.

Laus MARIA Virgini Matri.

Per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

*Serenissima Anna Hispaniarum Regina, & Philippi II. Conjunx, cum intellectisset descriptam banc Deipara Epistolam, multis terrâ marique, in gravissimis periculis profuisse, eam aurea lamina insculptam monitus loco collo appensam gestare solita est. Regime ad exemplum, si non tota, certè magna pars aula composita est, cuncteque Marianæ Epistole honorem exhibuit.*



## XIX.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
DE SCALA  
MESSANÆ.

**R**EGNANTE in Sicilia Friderico II. Imperatore, Suevo (Fridericum putat Bonfilius, sed alijs alius videtur Friderico antiquior) forte navis apulsa est caris onusta mercibus, sed Deiparæ Virginis Imaging, cui depicte ad latus Scalæ symbolum postea nomen dedit, prædives. Haec vectores è civitate quadam Syris furto sublatam eò detulerant. Exonerata mox navis: rursumque novo ligandio pascis ad navigandum aliò nautis tolluntur anchoræ, velisque vento secundo datis toto studio incumbitur ad molendum. Sed enim haerente illa sine motu, velut in cætes defixa, versisque in stuporem cunctis, turgnatim etiam ad littus effusis, majoribus agi coeptum conati-

o. B. V. M.  
IX.  
.MIRACUL  
SCALA  
SANE.  
n Sicilia Erat  
e, Suevo  
sed ab  
erior) facie  
onista occid  
s l'magis  
ymbata per  
ives. Huc  
Syntetabol  
xosca non un  
sligendo polli  
s natus, colla  
vato secund  
umbitur ad  
entre illa suc  
ca, versisque  
ernatim etia  
ribus agi co  
ct.



GAROF.



conatibus. Ac primūm scaphis, deinde  
triremibus adhibitis, nequicquam la-  
boratur. Re in argumentum prodigiū  
tractā, perculsi nautæ pium furtum  
in conscientiam vocant, & mox Im-  
peratori & Archiepiscopo detegunt.  
Nec mora: supplicantium ordinibus  
institutis pergitur ad littus maris, stra-  
tóque ad navim ponte sublico, elata  
perquām honorificè sacra Virginis.  
Imago in littore collocatur, eodēmq;  
temporis momento soluta navis itinere  
destinato ferri cœpta, sed Image novo  
fixa pondere immobili persistere. Er-  
go miraculis auctis iterum itum in  
confilia, visumq; sapientioribus vetu-  
stæ sortitioni rem permettere, ut quod  
elim in deferenda testamenti Arca re-  
ligione quadam placuit, ita junctis  
plaustro bobus, impositōq; sacro pon-  
dere, quo impetus vehentes ageret,  
ibidem cælesti designatione cultus re-  
ligioque sacro pignori decerneretur.

Ac, quod olim Bizantij contigisti  
narrat Nicetas Choniates, Emanuels  
Commeno de Pannonijs triumphante,  
Deiparae Imaginem quadrigis argen-  
teis per urbem invectam, proceribus  
omnibus sequentibus triumpham redi-  
didisse præsignem ; id etiam ex parte  
experta fuit Messana, quando effusis  
velut in publicam lucticiam omniaibus,  
Virginis Effigies auspiciatò vecta pro-  
pter limites urbis ducabatur. Nec  
quidpiam stridulum sonabant axes :  
quippe non fictum numen Minervæ  
currus ferebatur ; sed veræ Virginis,  
Christique mansuetæ Parentis Effigies,  
pacem Messanæ latura tempestivam,  
augebat civium voluptatem, sacrûm  
que ciebat spectaculum. Sed nec longum  
errare permisæ quadrigæ: quippe  
quæ, sicut nullis lacessitatem stimulis,  
sponte sine ductore gradiebantur in-  
offensæ ; sic ubi ad radicem collis  
Ricciani, lango tractur, per siccì ter-  
rentis

rentis arenas ventum erat, nullâ pro-  
gressum morante voce humanâ, oc-  
cultâ quadam vi retentæ gradum si-  
stunt. Ac tum plausu omnium sors in  
eventum tracta, eam, quæ juxtim erat  
Monialium Ordinis D. Benedicti, ad  
tam sacro dono legit sacrarium, An-  
tistite cum Clero solennes ritus pera-  
gentem. Exinde locus, antea de Valle  
dictus, à Scalìs notum accepit, popu-  
lique frequentiâ nec non Imperatoris,  
Regumque, ac Principum religione  
& munificentia sacratior haberi coe-  
pit. Et vero tum maximè votis om-  
nium necessaria crevit religio, quan-  
do, vexatâ contagione pestis Messanâ,  
ducta per urbē Effigies, salutari velut  
afflatu cohibitis funeribus, salute  
civibus peperit, ac vivendi libertatem.  
Id causæ fuit, cur imposterum cives  
magis solliciti, ne de cætero suo asy-  
lo extra muros posito, civitas malis  
indefensa relinqueretur; eam Virgi-

e a nis

nis Imaginem in ipsa vrbe , templo magnificè structo repositam vellent, factumque deinde lapsu temporum, ut extremis conflicitati periculis, præsentissimum ab ea religione remediu persentirent. Atq; hæc est illa Imago, quæ non modò Principum Christianorum, verùm etiam à Fide alienorū culta donarijs, istis quoque profuit interdum. Sed si unquam genti Siculæ spes suas demandavit, Messanensem præcipue votis creberrimis respondit. Per hanc enim illi victorias plures ex hostibus obtinuerunt ; de quibus alij fusè. Illud admirationem etiam superat, quoties quateretur civitas terræ motibus, jámque nutantium ædium fundamenta vastis hiarent voragini- bus, toties circumlatâ , populi anxiè supplicantis religione, sacrâ Imagine, formidinem omnem abactam.,  
 civésq; à calamitate suis- fe recreatos,

R. P.

*R. P. Melchior Inchofer Societatis  
JESV in Epistola B. V. vindicata. R. P.  
Placidus Samperius Societatis JESV  
in Iconologia Mariana Messa-  
nenſis utrumque opus Mes-  
sana typis vulga-  
tum eſt.*



## XX.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DREPANITANA.

**I**N PANDVM Regina jubes renovare dolorem. quomodo enim sine dolore memorem patriæ tuæ fortunas à Fidei hostibus jam dudum afflictas, denique à Saladino omnino accisas. Illuxit sanè anno à Partu tuo 1098 felix Christiano orbi qui h̄ta Maij dies, cui pro sole fuit Godefridus Bullionius, quando, devictis triumphansque Mahometanis, Jerosolyma Christiana tropæa intulit. Sed prò dolori non integro post sèculo, anno nimirum, 1187 alia supervenit dies, quam, quos ego legi auctores, non memorant, credo, quia non meretur, ut computetur in diebus anni, aut numeretur in mensibus; quâ tota iterum Jerosolyma pulsis Christianis in Saladini Ægyptij potestatem abiit, nec unquam rediit.



Gloria



redijt in nostram. Jam Bullionius cum importata in urbem Christiana Religione, spem quoque induxerat, securi ex orbe Christiano transitus, Peregrinorum pietati fovendæ. Etenim Hugo de Paganis & Granfredus de S. Adelmannos (juvat posteros Heroum nomina non ignorare) nobiles & equestris Ordinis homines voto se obstrinxerè, viam omnem, quæ Jerosolymam interest, & Italiam, Peregrinis secundum facere pulsis, qui rapto vivebant, Mahometanis, templo quo ipsam deferto, velut in munitionem, electo. Placuit inventum hoc calo: sed nec terræ displicere potuit: etenim prius Ducibus non tardè se junxerunt alia, aliisque equestris Ordinis fortissima pectora. Hi nempe viarum stratores Terræ sanctæ debebantur. Ipsi Pontifices, ne tam piū institutum interire, Religionem Militarem condidere, & à temple, de quo dixi, Templis

rios appellavere. At vero ruente sub Saladino Terræ sancte cultu, nec his quidem subsistere amplius licuit. Alias itaque inquisituri sedes, comportatis in onerariam non magnis thesauris, Statuam quoque Virginis Deiparæ, quæ illis in Syria thesauri loco erat, in navim quoque intulerunt, lignoā, tumbâ non tam custoditam, quam sepultam: quid enim direptionibus Saracenorum permitteretur tantus thesaurus? Ne Mariophili desiderio defun. ecce ipsam Statuam, picturæ longente, & calamo silente, sisto, summâ fide illi descriptioni insistens, quam curiosissimus Statuæ observator Italiæ idiomate ad me transmisit. Quantumvis ipsum ectypon ad me missum, sive sculptoris incuria, sive pictoris imperitia descriptioni non in omnibus respondeat. Altitudo itaque Statuæ septem omnino palmos nō aquat, quia quatuor digitis minor est. Materiam

riam si species, est summi pretij can-  
didissimum ex Oriente marmor. Cæ-  
saries inaurata decorè in summa  
fronte fissa, venustissimè utrinque de-  
fluit, & in humeros recumbit, longius  
lapsura, nisi pulchrè curvata unda-  
rum in morem crisparetur. Frons alta,  
& nullâ rugarum nube in amena, la-  
titiam spirat, & ipsis etiam intuenti-  
bus suavissimè instillat. Pupillis ocu-  
lorum nigris, nigra quoque, & in te-  
nuem arcum curvata supercilia vigo-  
rem addunt, cui subesse credi vita  
possit. Ita quisque se aspici, & tantum  
non observari existimat, nullo tamen  
metu: nam licet plenus majestate ob-  
tutus reverentiam sibi conciliet, nihil  
tamen, nisi amorem minatur. Hinc  
incredibili quisque intuentium gau-  
dio delibutus, vix recedit, plerumque  
avellitur. In naso gracilitatem, in ge-  
nis decorem, in ore artifex sedere  
fecit omnem faciei totius gratiam.

G 5 Nec

Nec faciem modò, sed etiam vultum  
expressum, puto; ita nihil sine vita  
est. Loqui Statuam dices, & formare  
verba, licet os non aperiat, nec labia  
dilatet; quin & ridere credes, ita scal-  
pellum artificis, sive duxit, sive dire-  
xit Genius quispiam è præcipuis ursus,  
qui semper astant ante faciem eius.  
Collum cum capite aliquantis per in-  
clinatum vergit ad sinistram, ut JE-  
SUVUM, quem portat, intueatur; sic ut,  
protensis extra peplo binis digitis,  
indice & pollice, sinistrum J E S U S  
pedem infra poplitem prehendat.  
JASVVS, qui pedem media ex parte  
lacinia cooperatum non nihil protédit,  
linea interula sic tegitur, ut collum  
cum dimidio sinistri humeri, & ipsum  
eriam brachium utrumque cubito  
tenus, neglecta sindone, appareat nu-  
dum; quorum dextrum in pectore  
Matri quiescit, sinistro ejusdem dex-  
tram, infantum more, stringit. Dex-  
trum

trum genu, quia Matri cingulo admotum, sinistro nonnihil altius est. Super omnia spectatorem trahit Infantuli vultus, in quo risus, quem amor commendat, Matri, quam intuitetur, gratiam videtur ambire, & reciprocum amorem. Caput Matri ludente per aërem peplo tegitur: quod sic à tergo defluit, ut partem pallij, quod circa pectus reductum à dextra Infantuli prehensum stringitur, decorè regat: Status totius gestus euntis est potius, quam stantis, ita sinistro pede sub veste retento, dextrum promit. Basis, cui insit, marmorea est, palmam altitudine æquat, & capitulo cingitur inaurato. Inscriptiones Chaldaico idiomate & charactere habet omnino quinque. Ea, quæ in pallio legitur, sic habet: *Salvate Dominum, qui magnus est, licet si parvus, justus & dulcis.* Limbus pallij ita loquitur; *Credo hanc esse magnam Matrem*

**D**EI. Plica vestis dextera sic inscribitur: *Anno septingēsimō trigesimo tertio, decimoquinto Augusti.* In pede Statuꝝ hæc leguntur: *Faſta, ſculpta, & finita in Endibes Cypri.* Pectus in circulo quodā hæc verba habet: *Ecce Ancilla Domini.* Fimbria deniqꝫ vestis his vocibus inscribitur: *Ego ſervus Dei Sacerdos.*

Hunc, ut dixi, theſaurum caſſâ lignearia decenter custoditum onerariae imponunt Orientis totius fortissima pectora, Templarij Equites, & viam aufſpicantur, Italiam, Italiam identidem inclamantes: quæ enim alia terra ſedes illis quietas permitteret? Nec multum progressis atrox incubuit tempeſtas, quæ, licet Typhonibus, & decumanis fluctibus omnia miſceret, navim tamen talis, tantique oneris bajulam non ſine reverentia præterijt: quæ felici omine & cœleſti potius, quam fluctuum impetu ad Lampadafam, Barbaricę Insulam, appulſa eſt.

Stetisse

Stetisse tantisper ibi Virginis Statuam  
Insulanis in hodiernum diem non  
mediocriter prodest : etenim ad in-  
gressum Virginis beneficia experti  
cultum exhibuerunt, & denique etiam  
templum Virgini struxerunt, quod  
hodieque Drepanitanæ Virgini ser-  
vit : nam quicunque periculosis il-  
lud mare navigaturi Drepanitanæ  
Virgini se commendant, illo in tem-  
plo ( cum Drepani non possint ) sive  
vota, sive preces deponunt. Vnde  
Melitenis procurator quot annis, cer-  
to tempore, quidquid anno illo in ga-  
zophylaceum conjectum est, aufert,  
& Drepanum avehit ad Virginem, ut  
offerentium voluntati obsecundet.

Tempestate utcunque sedatâ , &  
mari composito, reportatâ in navim.  
Statuâ, porrò provehuntur equites :  
navis tamen diu multumq; eo in mari  
jactata , demum Drepanitanum por-  
tum ingredi compulsa est , si quidem,  
G 7      receptâ

receptâ in carinam aquâ perire non  
 vellet. Equites autem, quia Italiam,  
 unâ cum thesauro suo petebant, re-  
 fectâ quam primâm navi, altum repe-  
 tunt: sed altum fugere, & repetere  
 portum ab adverso repente mari, &  
 conspirantibus ventis compulsi sunt.  
 Semel hoc contigisse, casu (ut fit)  
 creditum est. At verò, ubi cælo sereno  
 & tranquillo iterum se commisere  
 mari, iterumque, ac tertium non sine  
 periculo in eundem rejecti sunt por-  
 tum; non obscurè ab ijs intellectum  
 est, velle Virginem Drepani sedem  
 fugere; quia tamen id non prorsus  
 Equitibus persuasum erat, eam, depo-  
 sti jure, Consuli consignarunt. Is ali-  
 quamdiu in profana domo quam mu-  
 nitionis domum appellabant, serva-  
 tam, in Italiam (ab antiquo traditum  
 est) jussus est transmittere, ubi Pisana  
 in urbe sedes eam ab equitibus parata  
 expectabat. Tentatum id quidem est  
summa

summa fide, sed invito semper cœlo.  
Curru impositam boves ad littus ve-  
here cùm deberent, præcipiti cursu,  
velut mare aversati, ad templum S.  
Leonardi, ubi hodiéque huius facti  
memoria conservatur, devenere. Pro-  
fanum non fuisse hoc iter, ij testati  
sunt, qui tanti thesauri transitu beati,  
se sicutaque Virgini cum fructu com-  
mendârunt: quem in pluribus fuisse  
miraculosum testati sunt Majores.  
Quia tamen plùs ultrà Virgini sedes  
à cœlo destinabatur, plùs ultrà boves  
cucurrièrē, dum eo in loco, ubi hodie  
est, sponte suâ confisterent: unde nul-  
lis stimulis dimoveri se passi, testa-  
tum reliquère, eum à Virgine locum  
habitationi designatum. Persuasum  
hoc èd faciliùs populo est, quod in RR.  
PP. Carmelitanorum templum, jam  
antè Annunciatæ Virgini dicatum, ad  
quod boves substitere, Statua facile  
se importari sit passa, Hic hodiéque  
stat,


stat, toto quidem anno nunquam non  
beneficijs incolas complectens ; præ  
alijs tamen diebus, Augusti decimus-  
quintus, Assumptioni Deiparæ sacer,  
nunquam non miraculis claret.

*Narrationem Panormi impressam  
1634, misit ad me R. P. Hieronymus  
Lagano Rect. Collegij Drepanitani, qui  
notat ex ea domo, in qua depositi jure  
olim servata est Sacra, Societas IESV  
templum factum, in quo hodieque  
nonnulla Sacra sanctorum me-  
moria celebra-  
tur.*



BOEMIA





BOEMIA.

XXI.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
WARTENSIS.

**Q**VIS QVIS Vicitricem fugam videre gestit, Deiparam intueatur Wartensem. Hac Statua quatuorjam saeculis cum dimidio Wartz contitur, incertum quoq; ante saeculis, & a quo sculptore (nam e ligno est) sic effigia. Nam circa annum millesimum ducentesimum Virgo juveni (nominis oblita est ipsa, qua historiam tradit vetustatis memoria) cui piam apparens oranti hanc, de qua loquor, Statuam tradidit, miracula patratram si à populis coleretur. Nobilis Boemus cum facto voto fractum sibi pedem Beatissimæ Virginis auxilio vidisset nullâ chirurgi manu integratum, Capellam primum Statuæ ligneâ struxit,

struxit, & paulò post è saxo templum,  
 quod hodièque templum Boëmicum  
 appellatur. Situm est templum hoc ad  
 altum montem, ad cuius radicem op-  
 pidum est, subjectum Cœnobio Ca-  
 mencensi Ordinis Cisterc. loco sanè  
 defendendæ Boëmia aptissimo. Et-  
 enim cùm sit ad limites Boëmia, Si-  
 lesiæ, Moraviae, Lusatiae, centrum ha-  
 rum Provinciarum non imperitè dici-  
 tur. Robur, quod Virgo dedisse loco  
 creditur anno 1341, non obscurè de-  
 prehensum est, quando Territorium  
 quingenta milia sic confederunt,  
 nec tamen ultra Wattam sunt pro-  
 gressi. Plus Mahometanis potuere  
 aliquid hæretici, qui ab Hussio cum  
 erroribus nomen habent. Hi namque  
 anno 1425 spoliatum donis templum  
 subiecto igne in cineres redegerunt.  
 Non hæc tamen ita contigere, quia  
 Virgo longè priùs ipso in monte plu-  
 sibus incolis, & sèpiùs apparens prä-  
 beret

beret se videndam, & futuras loci calamitates defleret, quin expressis quoque verbis & Hæresiarcham nasciturum, & eventuta per hæresin mala non obscurè portenderet. Lapis, in quo apparens Deipara sedit, in annum usque millesimum sexcentesimum vestigia Virginis retinuit; neque ultrà potuit, quando Peregrini magno semper numero undique advolantes pijs furtis totum vel attriverunt, vel fruillatim absulerunt. Ne rāmen rei memoria periret, Serenissimus Archidux Carolus, Ferdinandi I I. Imperatoris Frater, Episc. Wratislavensis anno 1617, locum pereleganti scello ornavit, in quo ara princeps ipso in Virginis vestigio posita, hodiéque visitur. Ad hæc Virginis vestigia tantam Peregrinorum multitudinem nondicit una via. Hæ tres omnino sunt: Wartensium accolarum una, una Polonorum, tertia Boëmorum, qui non  
tarò

tarò montem flexis genibus adeunt.

Arsisse templum incensoribus  
Hussitis duobus abhinc saeculis, tra-  
dit Historicus, quin & in cineres reda-  
ctum. Scito tamen Mariophile (quia  
te de Statua Virginis video solicitum)  
Statuam, licet incendium non evase-  
rit, inter ignes tamen permanuisse  
illæsam.

Resume animos, & vel ad tanti in-  
cendiij flamمام intuere Mariophili  
igneum in Virginem amorem, plus  
ipso incendio coruscantem. Nomen  
eius, quia scriptum in cælis est, à no-  
bis sciri non ambit. Is è Cisterciensi  
familia, quæ cum jam locum incole-  
bat, Sacerdos, non amplius de coeno-  
bio, de templo, de se solicitus, omnem  
curam, cogitationemque in Statuam  
Deiparæ convertit, quæ jamjam co-  
dem, quo cætera, esset incendio con-  
sumenda. Lignea est, inquit, & alendæ  
flamme apta, ac vicina: jamque calet,  
& mo-

& mora exitialis est: nec minori obnoxius est periculo ille, qui Statuæ consulturus tēplum jam flammā correptum ingressurus est. At Virgo deserenda non est, non est deserenda posteritas, quæ tanta expectat à Virgine præsidia, quanta Majores accepere. Ergo nemo est, qui animam suam pro tot amicis, pro Matre ponat? Ibo ipse: & me sanè fiat, quod à Numine constitutum est. Si moriendum est, non deest rogus torus, quantus est, sacer: quid nobiliorem desiderem? Miscebo cineribus sacris meos: quid optari felicius queat? flamma hæc Purgatorij officium faciet, & animam hanc expositam inferet cælo. Quid cum timoreflammam suspicio, quam, si sic cælo placet, paulò post ex alto cum risu despiciam? Habeat hæc quoque Troia Æneam suum, qui matrem subducat incendio. quid moror? Hæc fatus per arma, per ignes viam.

fib

sibi vi facit, & felici ausu per cadentes  
& tecto trabes, per accensos sparsosque  
titiones, vestigijs incertis, & quando-  
que etiam prolapsus ad Statuam per-  
venit. Hanc eā, quam tempus pér-  
miserat, veneratione è loculo, in quo  
stabant, divulsam manu prehendit  
viam, quā cum periculo venerat, ma-  
jore periculo relecturus. Sed fortibus  
ausis flamma obstitit, non parūm in-  
terea temporis aucta. Credere juvat,  
cognatam hæresi stygem submisissę  
suis ex ignibus ignes, ut unā cum Vir-  
ginis Icone tantus Boëmiæ thesaurus  
periret. Fecit ille, quod potuit: ad fuos  
tamen, sive fumo, aut flammā præfo-  
catus, sive ruentis ædificij mole op-  
pressus, non rediit. Nec fortasse de-  
erant, qui hominis temeritatem re-  
prehenderent, etiam ipsam virtutem,  
si nimia sit, verti in vitium: monitum  
esse, rogatūmque, ne se non jam ini-  
certo periculo, sed certe morti infér-  
ret.

set. Haec præficarum sive lamentarum  
sive maledicta cum flamma durârunt,  
sed & sopito demum igne & ipsa  
cum cineribus subsederunt. Postquam  
enim inter defumatos cineres quaesi-  
tum est, ubi templum stetisset, fuere  
quoque, qui cogitationem admitte-  
rent inquirendæ Statuæ Virginis. O-  
mnia, ajebant, unum in chaos sic con-  
fusa sunt, ut nec ipse, si superesset  
templi architectus, vel fundamento-  
rum vestigia deprehenderet. Si saxa  
ardore ignis in calcem soluta sunt,  
utique & ligna in cineres abière. Est  
tamen in celo, qui ignis potentiam  
quandoque inhibet Deus, & sunt  
Statuae Virginis complures, quæ vim  
incendiorum contempserunt: quid si  
& nos sumus cordi Superis, & nostro  
bono evasit ignem Statua, vel etiam  
superavit? Dum haec inter se non sine  
spec queruntur, queruntque, quam  
timent inventisse Statuam, repente  
unus

pirus eorum, caue, inquit; Sodalitis, ne  
 ultrà progrediariis, firma gressum; ecce  
 ante pedes nostros Statuam Virginis!  
 Nec mora: tollunt, atque una cum  
 Statua integrum Mariani Aeneæ bra-  
 chium, Gaude, quisquis in Virginis  
 obsequium dexteram extendis, quam-  
 do tam claris Virgo documentis pa-  
 lam facit, suo id obsequij genus præ-  
 mio non fraudandum, nec memoria m  
 apud se peritum illius dextræ, quam  
 Mariophilus quicunque in suum ob-  
 sequium extendisset. Deprehensum  
 est, Statuæ balulum plurimum viæ jam  
 emensum, non multam absuisse à  
 flammarum limite, nec ardorem fuisse  
 futurum. Virginis clientem suum in-  
 quiratum per reliquum viæ spatiū edu-  
 gere, quæ hactenus incoluerem, non  
 sine portento, servasset. Fama est, ali-  
 quid adipis de cadavere superfuisse  
 pavimento illitum: eum sibi populus  
 locum orationis dixit, non vanâ con-  
 jecturâ,

jecturâ; hinc & accensâ precationis odorem rectius ascensurum, & sancti Spiritus Vnctionem proniùs delapsam in precâtes, quâ delibuti redeant alactiores. Statua hæc à temporibus Hussij in hæc usque tempora frequenter fugam inire coacta est, sæpe multumque subducere se hæreticorum insidijs, quibus undique cincta, nunquam non medijs in periculis constituit, nunquam non miraculosa. Hoc dimidio, quo vivimus, saeculo, milles trecenta legitimè probata, contigisse miracula, asserit, & recenset Auctos, qui non sine multorum bono observat, tribus præcipue malis hic looi rethorium inveniri. Primo illis, qui colicis doloribus torquentur. Deinde amictibus & stultis: quorum triginta usum rationis recuperasse, ritè recenset. Demum illis, qui regio morbo laborant; & his quinquaginta annis plures centenis ope Virginis liberatos.

singillatim enarrat. His majus miraculum est, Wartenses nsiquam Fidem veram deseruisse, et si ne videri quidem in omni latè circuitu è Wartensi pago locus posset, qui heresin non creparet. Hæc duorum & amplius seculorum patrum, nepotumque in Fide constantia, & in Virginem pietas meruit, ut, cum anno 1598 absente propter Heretodoxorum infidias sa-rra Statua, montis Wartensis non modica pars divulsa subter labentem fluvium Nissam ( cuius alveum ruina obstruerat ) in ipsum pagum Wartenstein impelleret; ipsa aqua natura oblitus Virginis cultoribus parceret. Etenim Wartenses imminens conspi- casi periculum, parvulos, quoiquoc pagus alebar, opposuere imminenti- bus undis, feceruntque, ut ab infantibus & lactentibus perficeretur laus MARIA. Steterunt quasi raptæ in ad- mirationem aquæ; & jam ipso pago  
altio-

actiores, cum nec progredi auderent,  
nec regredi possent, viam vi subter-  
raneam, Virgine adjuvante, fecerunt.  
Hoc Wartensium gloria est, quæ tota  
Boemia gaudet, fruitur, gloriatur.

---

*Historiam Deipara Wartensis per-*  
*eruditè scripsit, & edidit R.P. Bobuslaus*  
*Aloysius Balbinus, ubi duo anagram-*  
*mata magna labore, nec minore ingenio*  
*à se elaborata ponit, qua, quia scio le-*  
*Eori Mariano placitura, hic subuectero*  
*placuit.*

### ORATIO SODALIS AD B. VIRGINEM.

**A**VE MARIA, gratia plena, Dominus  
tecum: benedicta tu in mulieri-  
bus, & benedictus fructus ventris tui.  
Iesvs. Sancta MARIA Mater Dxi, ora  
pro nobis peccatoribus nunc,  
& in hora mortis nostræ.

Amen.

(o)

• M 2 Respon-

RESPONSIo B. VIRGINIS AD  
SODALEM.

## ANAGRAMMA.

**C**HARE Sodalis ama! ut non te  
peccata morentur:  
Ingridiare finum, tuus est, clauderis  
in isto,  
Totus ibi matrem bibe, sapientius ubera  
prensa:  
Nam tibi nectar erunt, cordi favus,  
omnia vincet  
Vincet amor.

ORATIO SODALIS AD B.  
VIRGINEM.

**S**ALVE Regina, Mater misericor-  
diae, vita, dulcedo, & spes nostra  
salve. Ad te clamamus exules filij  
Evae. Ad te suspiramus gementes &  
fientes, in hac lachrymarum valle.  
Eia ergo Advocata nostra: illos tuos  
misericordes oculos ad nos converte,  
& Iesum benedictum fructum ventris  
tui

tui nobis post hoc exilium ostende.  
O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo  
**MARIA.**

**RESPONSIO B. VIRGINIS AD  
SODALEM.**

**ANAGRAMMA.**

**M**E salvere cupis? venio tua  
Virgo, Sodalis.  
Sic te claudio sinu Mater, lac accipe  
nostrum!

Vbere cælestes destillo mellis hono-  
res,  
Et tergo lachrymas, & vultum ample-  
ctor amatum.

Arbor ero vitæ, spes si in me fixa  
reclinet.

Fide Dgo! juvat ingenuos mea cura  
Sodales:

Dein vultu ostendo, mea maxima  
gloria Christus

Te fessum (ô jucunda dies!) in si-  
dera condet.

## XXII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
CULMENSIS.

CULMENSE B. V. templum, & adiacens templo oppidum in alto monte situm, septendecim Pragâ, novem Pilsnâ milliaribus distat, ad occidentem Boëmia; mediâque fere reinet Egram inter & Falconowiam, civitates propinquas. Per antiqua, & litteris etiam commendata fama narrat, Ianionem quendam Falconowiensem illac transeuntem, astute ac labore fessum sub Corylo prope ipsam viam procubuisse, bis de nomine vocatum, bisque expperrectum, tertio (quod neminem videret) obdormivisse. At vero tertium non perfunctoriè vocatum oscitasse, tum etiam extritis manu oculis surrexisse, ac demum sollicitè circumspexisse, & eadem ipsâ in Corylo elegantem illam, de qua



qua indec  
stren  
peran  
tem l  
domi  
accep  
quer  
vidi  
mil  
Ima  
van  
ni p  
alij  
tecte  
defe  
fac  
hor  
lun  
tem  
hor  
nol  
da

quā loquimur, Imaginem B. V. non indecorē in illius arbusti medio consistentem deprehendisse, & ( ut codex perantiquus refert ) inusitatā gestientem lēticiā, Falconowiam detulisse, domi suę ut daret, quae illic loci non accepisset honores. At verò die sequenti nūspiam eam domi suę cūm vidisset, ratus id, quod erat, ad locum milliari uno distantem ocyūs redit, & Imaginem quoque ante se rediisse ad eandem Corylum videt. Facilè homini pio persuasum est, Virginī hanc præ alijs placere stationem. Itaque exili recto contra cæli injurias Imaginem defendit. Sic tamen Virginis desiderio factum satis non est, quæ trino vocatu hominis, & tam portentoso ad Corylum reditu, poterat non obscurè eredit templum petere, non tectum. Sed hæc hominum erga Superos avaritia est, nolle, quid ipsi velint, intelligere, ne dare cogantur. Quapropter alius ex-

H 4 peccan-

pectandus fuit, cui disertius desiderium  
 Virginis significaretur. Is juvenis  
 fuit (Annales Victoriae nominant)  
 domum è diuturna peregrinatione  
 repetens. Hic in silva, ut sit, viâ deer-  
 sans, discirrit, & aliud atque aliò cur-  
 sum flectens, identidem camen, miris  
 ambagibus ductus, ad Imaginem rediit.  
 Fessus tandem in genua provolvitur,  
 & supplex audiri à Superis non sine  
 lachrymis postulat, atque (ut & ipse  
 Superos audiret attētiūs) obdormivit.  
 Vix sopor artus occupat, & ecce  
 Deipara hominem alloquitur, viæ er-  
 torem, peccati poenam esse, quod jam  
 dudum commissum adhuc circumfer-  
 ret: iret proinde exomologesi sacra  
 macula in ablueret, tum etiam Sacer-  
 dati deauticiaret, postulari à se facel-  
 lytur: & tu, inquit, non nihil de tuo con-  
 ferre in fabricam potes, siquidem,  
 cum domum redieris, & parentes tuos  
 jam pridem defunctos intelliges, & te  
 utrius-

utriusque non inopem hæredem sen-  
ties. Lætitia, quia plùs quā in medio-  
cris erat, non potuit hominem non  
ē somno excitare. Vigil itaque, ac vo-  
to exequendi iussa facto jam sanctior,  
& viam reperit, & parentum jam pri-  
dem defunctorum custoditam sibi ha-  
reditatem. Itaque etiam post factam  
Sacerdotiū (quem ē civitate Monis  
Regij obvium habuit) confessionem  
significat imperatum à B. V. facellum,  
quod confessim ē congestis trabibus  
extructum est, lignum quidem & ex-  
temporale, vénustate tamen sua non  
indecorum, ita ut cum pietate trans-  
sumum etiam incrementum caperent  
facelli opes. Sed Virginis hæc domus  
magna felicitate caruit, quia vicinos  
habuit non bonos. Latrones hi fuere,  
quos auri sacra fanes torquebat:  
quia ita in cayernis domiciliū po-  
suere, unde olim eruebatur metallum.  
Cateri, ut jugulent homines, surgunt  
m s de

de nocte latrones; quia omnis, qui  
malè agit, odit lucem: hi audacis  
ſaviebant: etenim juniores, quibus  
melior forma, ad saltationes more  
gentis publicas non pagos modò, sed  
& vrbes ingressi, vixere rapto: unde  
etiam vſtitus erat plerumque nobili  
homine non indignus, qui que vultum  
deceret. Sic puellis brevi lenocinio  
deceptis facile matrimonium suasere:  
parentum consensum non difficulter  
te facta ſecuturum; viderent modò,  
ut rariora paternæ domus timelia in  
ſarcinam compingere, facilem eſſe  
e publico conuentu fugam, gaudia  
daturam & libertatem. Sic non igno-  
bilis virgo à latrone rapta eſt; ſi ra-  
pta eſt, que illum ſponte ſecuta fuit.  
Ita brevi tempore, filiarum cum opi-  
bus jactura civitas vicinas affixit:  
Egram ante alias, quæ quia latronum  
ſuspicio non fuit, pro publica calamiti-  
tate, publica proceſſione Superos fa-  
tigavit;

tigavit, postquam & ipsi cives ea in supplicatione nudipedes non parum fatigati domum reverterunt.

Fuit, cum nobilis homo rediret in pagum suum (Gazengrüen, ad pedem montis Culmensis situm, unde nobilis hæc familia nomen traxit) Falconiwiam domum repetens. Is, ne contra morem suum ageret, sacellum ingressus, preces Virgini fudit. At, ubi dominum pervenit, non sine dolore meatus subiit, instrumentum lusorium. (ubi rex albus in atro, & ater in albo campo, certamine ludicro depugnant) à se in templo reliquit.

Nox erat, idéoque servulorum nullus erat, qui imperium patroni redire jubentis non deprecaretur: atque ut nocti se quis committeret, homines tamen viatoribus ipsa nocte formidabiliores timebantur. Ancilla fuit, quæ meticulosos objurgaret, & sponte se iuram quam primum reciperet. Ec

u s ivit

ivit hec sanè, templūmque nemine  
conscie ingressa, rēque, quam quāre-  
bat, repertā, etiam preces fudit Vir-  
gini Deiparæ; cùm repente audito su-  
pervenientiam strepitū, vix in angulū  
templi obscuriorē paucis gressibus  
deflectens, vidit latronem unā cum  
virginē (quā in parentum cimelia in-  
sarcinam congesta onerabant) ingre-  
sum, imperare virginī, ad mortem  
se componeset, quād sine luctu nunc  
subitura esset. Illa sponsūm (nāmque  
hactenus sponsūm, credebat.) jocari  
rata, ludentem, ut putabat, ludit; tura  
seriō mortem parati, blandicias inu-  
liebres opponit, d. nīq; etiam lamenta  
& lachrymas; nec tamen nisi paucā  
temporis momenta impetravit, qui-  
bus virginitatem suam deploraret, &  
animam Virginī Deiparæ commen-  
daret. Prelixiūs oratura, relictā tan-  
tisper in templo sarcinā, foras ejulan-  
tem trahit, & non multis à templo  
passibus

passibus brevi cultro jugulat, spectante catastrophen tragœdiæ, quancum per tenebras licuit, ancillâ, quam ne incipi interisse existimes, scito lector, illius de grege unam fuisse, quæ ad palauis portam viros terrere docta, Petrum stitit; nam inter vitæ pericula furti cogitationem admisit, & sarcinam, quam virgo intulerat, felici spolio abstulit, ac per tenebras latronem sepeliendo cadavere detentum declinans evasit, magnisque passibus brevi domū reversa est, in sequente ad ipsam usque portam latrone, postquam & ablata mē templo sarcinam, & in recenti nive vestigia fugientis advertit. Ancilla redditā patrono, propter quā abierat, tabellâ lusoriâ, funestam de puella trucidata narrationem, exhibitā sarcinâ, confirmat, è quā præter aurum, argentumque muliebris mundus depromptus est. Patronus, quia nodo cuneum reperit, severum fami-

liae silentium imperat: paucos post dies  
saltationem publicam gentis more  
indicit, in qua patroni suorum ancilla  
ijs, quas rapuerat, induit vestibus, cum  
præ alijs ad se rapuit, cui eas prius in  
templo cripuerat, qui promissis pueris  
nuptijs suadet fugam; nec illa diffi-  
culty consentit, fugitque non ignara,  
quæ patronus interea pararet, qui lo-  
cum bonâ armatorum manu ante oc-  
cupavit. Ventum à latrone ad silvam,  
& facellum est, eodemque quo nuper  
ritu parata ad sacrificium victimâ,  
jam culter parabatur; cum nobilis  
una cum sex septemque armatis profilit,  
impiumque sacrificium in compedes  
actum domum ducit, & tormentis ad-  
hibitis, quæ ad rem erant, edicere co-  
git. Periculi tunc non sine horrore  
admonitus est, cum audiret, quæ à la-  
trone dicebantur; divinitus enim fa-  
ctum cognovit, non adfuisse heri, qui  
socium defenderent. Armao igitur  
pago.

pago toto, totum montem coronâ  
 cingit, non obsidionem, sed venatio-  
 nem facturus. Viginti sex eorum capi-  
 digna meritis præmia accepere. In-  
 ventæ præterea sunt fossæ duæ, altera  
 opibus plena, altera cadaveribus. O-  
 pes, quantum discerni potuere, do-  
 minis suis redditæ; reliqua in lapi-  
 deam templi fabricam destinata. Mi-  
 raculis inde aucta pietas etiam fecit,  
 ut habitari locus mereretur, & in pal-  
 gum integrum ex crescere. Id notatu-  
 dignum est, templum novum, cum  
 alio, quām facellum stabat, loco  
 edificaretur, nunquam non nocte  
 sequente corruisse, quod p̄tidie stru-  
 xissent opifices. Deprehensum insuper  
 est, Imaginem Virginis non semel  
 aliò asportatam, semper in locum  
 suum rediisse: cūmque etiam hodie  
 non in templo, sed foris supra portam  
 confistat, ac toties redeat, quoties  
 templo infertur; fidem facit, hic loèi  
 Cory-

Corylum stetisse, eam ob causam aditum templo vestibulum est, ne Imago sine tecto sit, quæ tot miseros ab injurijs hominum tuetur.

---

Quando hoc cōtigerint, certa memoria non est: hoc ratiōne, quod nunc est, semplum è lapide donationes habet ab anno 1383. Siocms. IV. anno 1477 indulgentias concessit. Sunt cōdictis in templo dua alia, R. V. Imagines, quas sc̄estis idonei flexisse non semel destantur. Plebs Culmensis tota heref eos saeculo in Fide Orthodoxa firma, constansque permanuit. Campanam, qua sonus vulnus ambile complectitur, subducere Culmensis tentāvunt hereticorum rapinis; sed frastria, quamcumvis boum juga tot jungenentur, quot majori sufficerent moli grovenda. Defossa igitur, tantisper est, dum deferveret heresis, redire ēque post liminio, Fides sincera in Boemiam; tunc enim verò cēpata refossa majore, quam solet,

solti, facilitate, suorum i. reposita est: quod, qui eunc operi presentes fuit, inter miranda posteritati tradidicunt. Hanc narrationem ex M. S. per antiquo descriptam ad me misit P.  
Ioannes Tanner.



POLONIA.

☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆☆  
POLONIA.

## XXIII.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
CLAROMONTANA  
CZESTOCHOVIE.

**Q**VIDQVIÐ Orbis totus Imaginum  
Dçiparæ habeat, unam credere  
oportet Poloniæ habere, cui ipsa  
Virgo spiraculum vitez inspiraverit,  
& tantum non animam dederit.  
*Verbi Matris Imaginem* (inquit Ni-  
cephorus lib. 15. cap. 14.) *D. Lucas*  
*Evangelista ipse suis manibus depinxit,*  
*illa adhuc vivente, & tabutam ipsam*  
*vidente, gratiamque adeo illi forma*  
*sua immittenee. Mensam cupressinam*  
*Nazareto Jerosolymam allatam, at-*  
*que usibus Virginis tantum non at-*  
*tritam, pictori dignam visam, quæ*  
*tantam majestatem sustineret, ait*  
*Andreas Goldonofwcki (a) quam*  
*confir-*





confirmat epigraphe quæpiam, quam  
S. Domus Lauretana, non jam quidecum  
amplius habeat, sed olim habuerit  
in hæc verba. *Messam autem Virginis  
habet Czechochovia.* Nec tabula figura  
multum abluquit: etenim duos cubi-  
cos cum sc̄ipo palmo longa, tres pa-  
mos supra unum cubitum lata non  
insufficiatur, olim pro mensa fuisse: quod  
etiam crassities testari videtur, duos  
bene grandes transversos digitos ab  
quans. Pictura insuper vivæ Virginis  
simillima esse videtur; quia Epiph-  
anio auctori ex antiquis gravissimo sic  
consentit, ut nescias, Epiphanius  
Virginem, an hanc Imaginem apud  
Nicéphorum lib. 2. cap. 23. descripse-  
rit. Quam descriptionem si appo-  
suero, uno penicillo tam Virginem  
ipsam, quam Imaginem Claremon-  
tanam depinxero. Ea sic habet: Erat  
in rebus omnibus honesta & gravis,  
panca admodum, cæque necessaria lo-  
quens,

quens, ad audiendum faciles; & per-  
quato affabilis, bonorem suam & vene-  
rationem omnibus exhibens, statura  
mediocris, quamvis fuit, qui tam alic-  
quam pulchram medicinam excessisse longi-  
tudinem dicant: colore fuit tritacatum,  
referente capilla stravo, oculis acrisibus,  
subflavas & tanquam aloe colore pa-  
pillas in eis habens: supercilia erant si-  
nus flexi, & decenter nigra, nasus longior,  
labia florida, & borboribus sanguinatis  
plena, facies non rotunda, & acuta, sed  
aliquantum longior, manus summi & dor-  
giti longiores. Erat denique fastus omnis  
expensus, simplex, minimaque vultus  
fingens, nihil molliorci trahens, sed ha-  
similitudinis prebellentis colens. Vestis  
meritis, qua ipsa gestavit, coloris nativi  
contenta fuit, id, quod etiamnum sap-  
ientia capitio velamen ostendit.

Omnis has notas, inquit Auctor,  
haec sacra Imago consideranti mon-  
strat. Quae, cum ita sit, fidem non  
difficul-

difficulter conciliant, picturam ipsa  
Virgine adhuc vivente factam esse.  
Hanc itaque Imaginem in ipsa illa  
domo, in qua Virgo diem extremum  
clausit, in usque S. Helenæ adventum  
à Christianis summa fide conserva-  
tam, afferit Auctor. Quomodo Imago  
Hierosolymis devenerit Constantino-  
polim, incertum est; etenim nonnulli  
ab Helena filio Constantino missam  
volunt; alij permanisse putant. Hie-  
rosolymis usq; ad tempora Eudoxiae;  
vel certè Antiochiam translatam. Ab  
Eudoxia Pulcheriæ Augustæ missam  
Constantinopolim apud antiquos cesa-  
tum est, non alia Scriptorum dissen-  
sione, quam quod Theodorus lector  
lib. i. Antiochiæ, Niceph. Callist.  
lib. 15. cap. 14. Hierosolymis missam  
velit. Templum Imagini Pulcheriam  
Augustam in via Ducum Constanti-  
nopolii extruxisse, refert Gregoras  
lib. 9. Dici non potest, quæ per hanc  
Ima-

Imaginem patraverit Virgo miracu-  
la. Apparisse duobus cæcis, eosque  
ad templum hoc suum duxisse, refert  
Vincent. Belvac. apud Canis. lib. 5.  
cap. 24. indeque fuisse appellatam  
Odigitriam, sive via Ducem. Addit,  
quovis die Martis per urbem circum-  
latam: quin Saracenis urbem op-  
pugnantibus è civibus unum suassisse  
populo, ut omnes Imaginem publico  
expositam hac precatione veneraren-  
tur. *Sancta Dei Genitrix, qua toties*  
*nos liberasti, libera nos modo de inimicis*  
*Filij tui, & in mari merge illos. Quia*  
oratione vix finitâ exurgentem re-  
pentè procellam naves omnes unâ  
cum Saracenis discerptas mersisse.

Non minus est illud, quod Grego-  
ras apud eundem Canisium lib. 5. cap.  
22. refert, Andronicum seniorem à  
nepote Andronico bona verba au-  
diisse, quando intempesta nocte, Con-  
stantinopoli cum tumultu occupatâ,  
occifu-

ocellos a vnum furibundus in palatium irruit, nec alio fræno retentus est, quām quod senem ante Imaginem hanc prostratum & supplicem invenerit.

Feriā quāvis sextā post Vespertas ab Imagine quapiam Virginis Constantinopolitanæ vēlum, quo tegebatur, divinis manibus subductum, detectāmque imaginem; atque sub Vesperum Sabbathi iterum demissum: denique ex hoc miraculo continuo Sabbathum Virginī dedicatum fuisse, refert ex D. Anselmo Durandis lib. 4. ration. cap. i. Odigitriæ autem Imagini, de qua nupc loquimur, id honoris à cælo exhibitum afferit Auctor Polonus.

Denique quid de vrbe Constantiopolis tota dicam, quando illa sepius à diversis hostibus obsessa huic Odigitriæ Imaginisuam liberationem adscripsit. Já, quomodo in nostras partes devenerit, videamus.

Post-

Postquam hæc sacra Imago trium Stygiorum Leonum Iconoclasticam tyrannidem, Neronianâ severiorem, septuaginta omnino annis sustinuit, evasitque; Carolo Magno in munus cessit, sive eam Constantinopoli ab Imperatore Constantino unâ cum nonnullis alijs reliquijs, sive ab alio, & aliâ occasione acceperit. Hic Carolus Leonem, Russæ Principem, natione Ruthenum, religione Græcum, suûmque præ multis fidum comititonem à se dimissus, non discessurum à latere tanti Regis, nisi cum Tartari domum vocâssent, Ducem pro meritis remuneratus, ut qui serviri sibi gratis à nemine unquam sustinuit, gazas Orientis ei obtrudit. Ille ad Imaginem Odigitriam respecti: & timidè primùm petitam, ut negatam sibi vidi: , institit acrius, dum denique importunis precibus extorqueret à Rege, ut qui nollet, tam fidum

fidum comamilitonem à se tristem dis-  
 cedere. Itaque Odigitria Imago in  
 Castrum Belz totius Russie municipi-  
 um inter sacras & militares pom-  
 pas illata est. Vbi, ut decentius ser-  
 varetur, pars Imaginis antica varcis  
 laminis cum inserto lapide pretioso,  
 posterior puro argento contexta est.  
 Custodia Sacerdotibus Græcis deman-  
 data, in quorum manibus (exclusis  
 Latinis) quinque & amplius saeculis  
 permanxit. Interim Scytha Russorum  
 (jam Polonis subditam) inundantur,  
 atque Belzium pervenient, ab Vla-  
 dislao, Duce Opoliensi, justo praefidio  
 militari infessum. Contigit, ut Scy-  
 tharum quispiam iectu incerto sagit-  
 tam torqueret in ipsum illud cubi-  
 culum, in quo ante S. Imaginem pro-  
 stratus orabat Vladislau. Et sagitta  
 quidem illæso supplice transiit, gut-  
 tur tamen Imaginis transfixit. Vla-  
 dislaus dolore animi in hac verba  
 proponit

procupit: Ecquid, Dux: suam iniuriam vindicis? Dixit, & continuo spississima nebula ascerit operit, ex qua yis sunt Scythis, staturâ, viribus, fulgore: aurorum longè præstantissimi prodire hæroës, indeque in hostiis iterum pere. Quo ostento Barbaři in fugam effusi sunt: quos tamen omnes: infectus cum suis Vladislau, vel crucidavit, vel captivos donatura adduxit. Non oportebat, Imaginem à tanto beneficio inter privatos latere parietes. Itaque Opolium, (quæ Metropolis Russæ est) quām honorificèissimæ comitatu anno 1382 deduxit. At vero, ubi Czestocoviam in Clavum Montem per ventum est, fictis hægo, nullis viribus machinisq; meyani se passa. Adhæc dorsumq; Vladislao clare de cælo indicatum est, velle Virginem hic sedem fugere: nec abnuit Dux. Quapropter, ut Virginis desiderio obsequeretur,

conti-

recontinuò extriuctum cum Cœnobio  
templo, & opulentio censu dona-  
tum Eremitis S. Pauli ex ipsa Vnga-  
ria accitum cum sancto Thesauro tra-  
dit. Jamque Poloni, Vngari, Moravi,  
Boëni, Sileſij, Saxones, Brussi, arque  
Lithuani frequentibus peregrinatio-  
nibus Virginem venerati, etiam the-  
saurum congestis donarijs auxere.  
Cum anno 1430 Hussitica rabies,  
spoliatâ Russiâ, ipsum quoque Cœ-  
nobium Clari Montis prædam fecit.  
Imaginem sacrâm cimelijs suis spo-  
liatam audentiores in Silesiam conati  
funt abducere. At vero, tribus vix  
stadijs emensis, Imago stetit, ut nul-  
lis funibus, nullis equis moveri scilicet  
loco currus pataretur. Itaque, ne  
præeuntibus disiungarentur, tabulam  
imperuè currus deiiciunt: quo casti  
tres in partes disiliunt, ritu pæne cre-  
pantibus, qui spectaculo intererant;  
quorum unus nudatus, lente semel,

iterumque faciem Virginis ictu non  
vano ferit. At vero tertiam inten-  
tans ictum, viribus & oculis captus,  
non obscurè docuit ceteros abstinere  
flagitio. Repertus tamen, qui trans-  
versum vulnus cæsim inferre pararet:  
sed & ipse eadem, quâ prior, poenâ  
multatus, omnes terruit: etenim re-  
licta S. Icone, assulatim per terram  
sparsâ, cæcisque currui impositis ad  
suos properârunt: ubi non post mul-  
tos dies hi duo miserè animam sce-  
lestam evomuerunt, & insepulti com-  
putruerunt. Ceteros tanta pestis  
adorta est, ut passim per campos mo-  
ribundi provolverentur, atque ulti-  
ma ad suos mandata socijs darent:  
quorum tamen paucissimi è tota illa  
cohorte domum rediēre. Unus om-  
nino magnâ familiâ oriundus rediit,  
seque tota fideliter enarratâ, ausi ve-  
niā postulavit. Reperta à Religiosis  
Imago novo fonte, quem ipsa exci-

*sciat,*

verat, abluta domum relata est. Locus, ne facti memoria periret, primum Cruce positâ notatus est, deinde columnâ lapideâ cum inscriptione erectâ. Paulò post Emin. Cardinalis Bernardus Maciejowski Episcopus Cracoviensis facellum posuit: nunc templum justæ magnitudinis stat. E fonte, qui fabricæ insertus est, peregrini salutem frequenter bibunt. Imaginem Vladislaus Rex magnâ attingit peritiâ restitui curavit, non irrito effectu, si vulnerum vestigia excipiatis, quæ nullis pictorum coloribus obduci unquam potuere. Nempe non Filium modò, sed nec Matrem pudet vulnerum. Restituta integrati sae utcunque Imago, & auro, gemmisque tecta, ingenti pompa ab ipsa usque Cracovia in Clarum Montem reducta est: ubi in hodiernum diem miraculis celeberrima.

Montem, quantumvis ante Claram, reddit clariorem. Jamque contra horum temporum hostes invicta secipsam cum Cœnobio tuetur. Certè nuper, exente anno 1655 decem integris hebdomadibus Czechohavia obsidionem Sueorum talit, & impressiones tantum non quotidie repetitas: Festo sancti Joannis Evangelistæ die, miris modis repressi sunt. Plurimi, inter quos notissima caru Regi Sueco capta, occubuerunt Reliqvi, relictis campestribus impedimentis, fugâ salutem quasiere. Fugit nempe impius nemine persequente. Visa supra templum fulgentissima in cælo. Crux, aliaque voces fugientibus insolitas expresserent. Auditi enim sunt insanis vociferationibus ingeminare: O

**MARIA, O**

**MARIA.**

(a) **R.P.**

(a) R. P. Andreus Goldokovvscii  
 Ordin: FR. Eremit. S. Pauli, impressa  
 à se historie ( unde hoc accipi ) indun-  
 git grandia, & valde multa miracula.  
 Hunc librum R. P. Urbanus Vbae  
 dini Societatis IESV ad  
 me misit.



## XXIV.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
BORCKOVIENSIS.

BORCK, oppidum Posnaniā, mājoris Poloniæ Metropoli, si ad Orientem deflexeris, octo miliarium itinere distitum, plurima numerat beneficia à B. Virgine accepta, ob cultum Miraculosa Imaginis, quam impensè civitas una cum vicinia collit. Quorum certitudini nequid de-  
esset, accessit Illustrissimi & Reverendissimi Domini Andreæ Opalinskii, Episcopi Posnaniensis, pia in Virginem voluntas, quâ anno millesimo sexcentesimo decimo nono inquisi-  
tive in miracula jussit.

Originem, & plurima ad honorem Imaginis factura invidit nobis furor hæreticus; hoc certò constat, Felicem Durarium huius loci Parochum, olim jam huic Imagini omnem cultum ex-  
hibuit.

24



buiſſ  
mia  
no ſu  
num  
MAR  
linter  
terū  
ſple  
gu  
re  
au  
ſt  
d  
M  
ſt

hibuisse, corrogatáque undique pecunia rectum ei excitasse, & præterito suo nomine, hæc solùm ad summum altare subscriptissæ. Gaude MARIA Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo. Cæterum & templum fulgere cœlestis splendore visum, & dæmones ab energumenis ejectos, & mortuos ad vitam resuscitatos memorat liber publica auctoritate impressus hoc titulo. Præsidium, & Fama Regni Poloniæ, Splendor Majoris Poloniæ, Miraculosa Dei Mater &c. anno millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, è quo hæc pauca accepit R. P. Vrbanus

Vbaldini, & ad me

misit.




  
LITHVANIA.

XXV.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
CZEREANA.

**H**ec Imago Moscovitico & Ruthenico more, repræsentat B. Virginem cum Elio JESU: Originem Lithuanicæ pietatis in hanc Iconem sic accipe. Cùm anno millesimo sexcentesimo undecimo exercitus Lithuaniae sub Sigismundo III. latè Moscoviam depopularem, inter alias verbes etiam Novogrodia magna expugnata est. Aliquot saeculis ante, cùm Scythæ Russiam vassalarent, & Novogrodiam obsecrissent, re desperata, Episcopus Græci ritus curavit per Diaconum hanc Imaginem (jam diuinam miraculis claram) affetri ad urbibus fugientibus. Sed cùm eam loco movere Diaconus nequivislet, cum universo

Clero,

25



OLVGS

Ch  
cell  
neg  
lè m  
tato  
ven  
gre  
fac  
do  
tu  
à  
et  
cla  
scri  
tanc  
omni  
est  
vem  
offici  
tader  
Imag  
torid  
Refic

Clero, solenni pompa templum accessit ipse Episcopus, eamque nullo negotio loco suo exemptam hostibus è muro urbis objecit, non inutili pietate: etenim ubi ad eum locum est ventum, per quem hostes jam jam ingressum parabant, hostes conspectu sacrâ Icone, & visum perdidere, splendore, ut opinor, persticti, & pedem retrahere, non tamen inulti. Nam facta à civibus in percussos eruptione, etiam victoria, ingenti obfidentium clade, reportata est, & B. Virginis adscripta. Ne autem postoris periret tanti beneficij memoria, festus per omnem ubique Moscoviam institutus est dies, in vigesimum septimum Novembris, teste eorum Calendario, & officio Ecclesiastico. Videntur præterea eadem in tabula in orbem depictæ Imagines omnino duodecim, velut totidem anathemata acceptorum beneficiorum: quin & suam quæcumque ha-

rum duodecim Imaginum adjunctam sibi habet tabellam auream, cui Russo charactere atque idiomate inscripta collatæ gratiæ historia legitur. Ac ne lector dubitet, hanc, de qua loquimur, Czereanam Imaginem eam esse, per quam, ut suprà diximus, aversi infugam sunt hostes; sciat non alias his in tabellis historias legi, quam quæ in officio Moscorum Ecclesiastico legenduntur.

Hæc itaque B.V. Miraculosa Imago pluribus saeculis in urbe Moscovitica, quam Novogrodiam magnam appellant, magna in veneratione apud incolas fuit. Quomodo, quæsque ob causas, & quando è templo magni Ducis palatio illata sit, & throno eius decorè inserta, non habeo dicere. Anno dein millesimo sexcentesimo undecimo capta à Sigismundo III. Poloniæ Rege Novogrodia, militi gregario in prædam cessit: qui throno  
Ducis

Ducis avulsam Illustrissimo Leoni Sapieha, tunc Cancellario magni Ducatus Lithuaniae, postea Palarino Vilnensi, atque exercitus Lithuaniae supremo Duci in munus obtulit. Leo tati thesauri non imperitus estimator, militi pro tabella pagum integrum dono dedit, atque è paupere mox opulentum fecit. Tanti refert hominem reperisse, qui vel gratiam dono, vel premium merci ponere queat. Tum Imaginem Roranz inter cimelia sua, quam diligentissime depositam assertavit. Interea Leoni aliquot post annis Christianè pique vitâ functo succedit filius Casimirus, Lithuaniae tunc Mareschallus, postea Pro cancellarius, & demum supremus armorum Lithuaniae Dux, patriæ, id est, Leonine virtutis ex aſſe hæres, quam olim in juvenc non raro admiratus sum, atque hic de mortuo sine adulacione scribo.

Ignoravit Casimirus, quem inter  
cimelia accepisset à patre thesaurum.  
Interea aulico cuiquam ipsa Deipara  
per somniuni apparuit, formam  
gravissimæ matronæ, quæ tamen Dei-  
param non assimilaret, induta. Vide-  
batur hæc somnianti ex archivio Ro-  
ranensi egressa, sibique hæc verba  
vultu inter lœtum tristemque medio  
dicere. Quàm diu me hoc in carcere  
herus vester detinebit? quare me  
loco suo non restituit? Hæc fatalis  
videri desijt. Aulicus non vulgare  
somnium ubi Illustrissimo Casimiro  
exposuit, quæsitum continuò, ecquam  
locus ille captivam teneret: sed ta-  
bellâ hac Deipatæ inventâ, non ob-  
scure, quid somnium veller intellexit.  
Eapropter quàm primùm templo  
Zdriecensi intulit: deinde non ita  
multè post, quia Virgo loco suo re-  
stui optabat, templo SS. Trinitatis  
dono dedit, quod in oppido iure hæ-  
reditate

reditario. Czereā habent Monachi S. Basilij, ritus Ruthenici, sed Ecclesiae Romanæ juncti. Vix illata loco est, cùm miraculis clarere coepit, & a currentium pietate celebriasi, in annum usq; millesimum sexcentesimum quinquagesimum quartum, quo Mo scis Lithuaniae vexantibus subtracta est, nullā tamen miraculorum jacturā, quæ passim in itinere nec pauca patratæ esse ad me fidelissimè præscripsit R. P. Albertus Koiálowiz, Rector Collegij Vilnensis, idque coram mihi iterum iterumque confirmavit, cùm ad electionem A. R. P. Generalis Romanam iret. Exterum totu<sup>m</sup> tabella una eum adjunxit picturis & tabellis aureis, quadrantem folij chartæ ordinariæ, ut ipse asseruit, non excedit.

# INDEX.

**Imaginum B. V. Miraculosarum,  
quæ Libro Secundo conti-  
nentur.**

	Folio.	
<i>Italia.</i>	1. De Populo Romæ.	8
	2. S. Alexij Romæ.	7
	3. Ab Arbore Ravennæ.	13
	4. Nicopœia Venetijs.	18
	5. S. Joan. Damasceni Ve- netijs.	27
	6. De Schola Venetijs.	41
	7. Bassanensis.	49
	8. Ad sanctam Justinam Paduæ.	57
	9. In Monte Ortone.	63
	10. In Monte Berico.	69
	11. In Monte Virginis.	79
	12. De Madia Monopo- li.	88
	13. Tremitana.	98
	14. Ad S. Celsum Medio- lani.	102
	15. Caravaggiana.	107
	16. Tua-	

## *Index Imaginum B. V. M.*

<i>Italia.</i>	16.	Tiranensis.	113
<i>Dalmatia.</i>	17.	In Breno.	117
	18.	De Littera fanæ.	Mes- 128
	19.	De Scala fanæ.	Mes- 144
20.	Drepanitana.	150	
<i>Sicilia.</i>	21.	Wartensis,	161
	22.	Culmensis.	174.
	23.	Claromótana	Cze- stochovæ.
	24.	Borckoviensis.	186
<i>Bohemia.</i>	25.	Czereana.	200
			202
<i>Polonia.</i>			
<i>Lithuania.</i>			

**Finis Libri Secundi.**

*Omnia ad maiorem DEI  
Deiparaq Virginis MARIA  
gloriam.*

Ora pro nobis sancta  
Dei Genitrix, ut digni  
efficiamur promissio-  
nibus Chri-  
sti.



J N G O L S T A D I I,  
Typis  
G E O R G I I H Ä N L I N I Typographi  
Academicii

Anno à Partu Virginea  
M. DC. L V I L











